



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

Titulus XXX. De Decimis, Primitiis & Oblationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62668)



TITVLVS XXX.

De Decimis, Primitiis & Oblationibus.

R Estant ex Juribus Parochiarum Oblationes præferim, quæ inter Missarum solennia fiunt: & fructuum Primitiæ Decimæque, Spiritualia ministrantibus illarû Re-
ctorib; debita pro congrua sustentatione.

11. *Quoad Ceremonialia & Judicialia præcepta Christi morte cessantia.*

ARTICVLVS I. De Decimarum Natura, Varietate & Origine.

SUMMARIUM.

1. Decima sunt decima pars justè quæstorum,
2. Mobilium tamen, non etiam immobilium, bonorum,
3. Ecclesie ministris persolvenda.
4. Sintque vel Reales vel Personales.
5. Ex quibus Mixta Realium Jure censentur.
6. Reales alia Majores sunt, & alia Minores.
7. Decima, quatenus sustentationem continent, Naturali:
8. Quoad decimam partem Reales,
9. Et ipsa etiam Personales Jure Ecclesiastico debentur:
10. Licet in Veteri Testamento fuerint Juris Divini,

D Ecimæ, si nominis etymon spectemus, decima cujusque rei pars, l. Si quis rem 2. §. fin. junctâ Glossâ V. Decimam, ff. de Pollicitat. prout hoc loco accipiuntur, sunt Decima pars bonorum mobilium quot annis justè quæstorum, Ecclesie ministris persolvenda, can. Quicumque, 10. q. 7. c. Pervenit 5. c. Non est 22. c. Transmisit 23. Et. hæc Rubr. Mobilium, inquam; quia Decimæ in novo Testamento ad imitationem veteris sunt introductæ; atque idcirco, sicut in isto Dominus Deus non de possessionib; & terris: sed earum fructibus Decimas sibi solvi præcepit, Numer. cap. 18. v. 27. sic & in illo non de rebus immobilibus, sive de ipsis prædiis ac fundis, sed de mobilibus, ut sunt istorum fructus, sunt solvendæ, Barbosa de Offic. Parochi cap. 28. §. 1. num. 26.

Ex qua descriptione patet, sermonem hic non esse de Decimis, quæ solvuntur titulo mere prophanò: & exiguntur instar tributî, prædiis aliquando impositi à dominis temporalibus, de quibus Tholosan. Syntag. Lib. 2, cap. 20. n. 1. Neque etiam de iis, quas exigente gravi Ecclesie necessi-

Aa a a 3

necessitate, summi Pontifices de bonis Ecclesiasticis sibi vel aliis ad tempus vendendas extra ordinem imponunt, juxta *Clement. fin. junctâ Glossâ V. Si beneficio- rum, & Extravag. 1. inter comm.* sed de iis duntaxat, quæ Parochis & similibus, Sacramenta aliâque spiritualia ex officio ministrantibus, de fructibus & lucro annuatim præstantur, aut ab iis originem ducunt. Quò modò acceptas Decimas in Lege Mosaica Exo di *cap. 22. v. 29.* Levit. *cap. 27. v. 30.* Numer. *cap. 18. v. 21.* Deuteron. *cap. 12. v. 11.* & *cap. 14. v. 22.* &c. & ante istam à Patriarchis Abraham & Jacob, Genes. *cap. 14. v. 20.* & *cap. 28. v. 22.* & Hebræor. *cap. 7. v. 6.* quin apud alias etiam Gentes, quas aliqua Religionis cura tangebatur, Diis de thure & cinamomo apud Arabes & Ægyptios, Plinius *Hist. Nat. Lib. 29. cap. 14.* à Cyro de præda, Herodot. *Lib. 1.* de aliis rebus ab aliis solutas, Diodorus *Lib. 5.* & Tholos. *l. cit. n. 2.* narrant. In Nova autem Lege ad Veteris imitationem præstari, & in dubio, propter commune Jus Ecclesiasticum & generalem Consuetudinem, esse præsumuntur, quæcunque in Christianorum provinciis solvantur, ut notat *cit. Laiman cap. 1. n. 5.*

Ita acceptæ Decimæ aliæ Reales sunt, aliæ Personales. Reales sive, ut etiam vocantur, Prædiales dicuntur, quæ penduntur ex fructibus prædiorum & fundorum, v.g. agrorum, vinearum, pratiorum, hortorum, sylvarum, arborum &c. Personales verò, quæ solvantur ex lucro humanâ industriâ, v.g. ex negotiatione, venatione, militia, alicujus artis professione justè quaesito, Laiman *cit. cap. 1. n. 3.* & Vallenfis *ad hanc Rubr. §. 4. n. 2.*

Duabus his speciebus Holtiensis in *Summa n. 3.* & alii addunt Decimas ex utrisque sive Realibus & Personalibus Mixtas: quales vocant, quæ solvantur ex

fructibus pecorum & avium, ad quarum productionem in prædiis cum natura personalis industria & custodia humana concurrat: cujusmodi fructus sunt lac, butyrum, caseus, agni, ova, pulli gallinarum, anserum &c. Non male tamen alii, hujusmodi decimas Prædialibus accensentes, duas tantum species agnoscunt partim; quòd in Veteri Lege ex obligatione solverentur solæ Reales, S. Thomas *2. 2. q. 87. art. 2.* in Nova autem functiones Ecclesiasticæ præter eas memorant solarem Personalem, & *Personalem 28. &c. Ad Apostolicam 20.* idèoque Glossa *ibi V. Personales*, eas, quæ penduntur et animalibus, prioribus decimis adnumeret. Neque id immeritò; cum exhibentur iisdem, quibus Reales, scilicet Parochiis, intra quarum fines pascentur animalia & aves, ex quibus agni, pulli, ova proveniunt, ut cum Glossa *cit. ad verbum* Laiman *Tract. cit. cap. 4. n. 5.* præter verò; quòd cum natura industria humana etiam concurrat ad productionem vini frumenti aliorumque ejusmodi fructuum, ex quibus solutæ decimæ Realibus connumerantur, Engel *ad hanc Rubr. §. n. 1.*

Decimarum Prædialium, ut notat in usu sunt, aliquæ dicuntur Majores, & aliæ Minores: quarum illæ ex frumento, vino, oleo & similibus: istæ verò ex fructibus hortorum, fœtibus animalium, aliisque ejusmodi rebus minutis præstantur, Canisus *ad Rubr. cit. cap. 2. n. 4.* De Decimis hætenus declaratis

Dubium & satis celebris controversia est, quò Jure sint introductæ. Glossa enim in *c. 1. V. Decimarum, in 8. Anselm. ibid.* & Innocentius in *c. fin. de Prædialibus*, quascunque etiam Personales. Alii apud Covarruviam *Lib. 1. Var. cap. 7. n. 2.* solas Reales Divinò, imò Naturali Personales autem Ecclesiasticò Jure introductas

introductas volunt. De Realibus id defu-
munt partim ex *c. 1. c. Parochianos 1. q. 8.*
c. Tua nobis 2. 6. quorum textuum prio-
ribus & *c. Tua 2. 5.* non ab homine, sed à
Deo instituta: posteriori verò in signum
universalis domini à Deo sibi reservata
dicuntur: partim; quòd, juxta dicta, ea-
rum prælatio in Lege Veteri præcepta:
imò ante omnem legem Positivam &
cum Naturæ lex sola obligaret, à Patri-
archis jam fuerit recepta. De Personali-
bus autem ex eo; quòd earum sacræ Li-
teræ nullam, sed primam mentionem faci-
ant Canones Ecclesiastici, *c. Ad Aposto-
lica & c. Pastoralia cit.*

Alii demum, quos Covarruvias *cit.*
n. 1. Gutierrez 2. Canon. Lib. 2. cap.
21. n. 18. Suarez Tract. 2. de Relig. Lib.
1. cap. 10. n. 3. & cit. Camillus cap. 3. n.
7. sequuntur, Decimas in Novo Testa-
mento, quoad alimenta sive congruam
sustentationem, quam includunt, Divinò,
imò Naturali: quoad quotam sive deter-
minationem decimæ potiùs, quàm octa-
væ aut vigesimæ partis fructuum Jure so-
lum Ecclesiasticò debitas, docent. Primæ
partis rationem reddunt; quòd Natura-
lis ratio dicit, eos, qui spiritualia mini-
strant, alendos, & operarium cibò suo
dignum, Christus Matth. *cap. 10. v. 10. &*
Luce cap. 10. v. 7. utque, qui Evange-
lium annuntiant, de Evangelio vivant, à
Deo ordinatum, S. Paulus 1. Corinth. *cap.*
9. v. 14. pronuntiârit. Quibus con-
sonant, quæ idem Gentium Doctor i. Ti-
moth. *cap. 5. v. 18.* scripsit. Secundæ
partis ratio est; quòd imprimis lex Natu-
ralis, etiam dicit, Ecclesiæ ministris & Pa-
storibus animarum congrua alimenta
præbenda: tamen non exigat certam fru-
ctuum aut aliarum rerum quotam: & de-
cima fructuum pars, pro locorum tempo-
rumque, cæli soliq; & inde pendens ferti-
litas sterilitatisque varietate, nunc majo-

rem, aliàs minorem; ac proinde ad congrua
alimenta nunc magis, aliàs minùs suffici-
entem fructuum quantitatem efficiat.
Deinde; quòd in Novo Testamento, de
decima fructuum parte Ecclesiæ ministris
solvenda, nullum præceptum ab ejus le-
gum conditore Christo Domino uspiam
sit latum.

Allegari quidem ab aliquibus solet
illud Christi Matth. *cap. 23. v. 23. Deci-
matis mentham, anethum & cuminum:*
quibus subjiciens verba, *Hac oportuit
facere, & illa non omittere,* præceptum
renovasse videtur. Sed perperam; quia,
cum Christus non dixerit, *Oportet,* quò
præfens & in nova Lege durable: sed
Oportuit, quò verbò præteritum præcep-
tum denotatur, ex ejus verbis plus non
infertur, quàm Judæis adhærentibus legi
Mosaicæ, sicut decimationem menthæ,
anethi &c. non omittendam, sic adim-
plenda fuisse alia & graviora præcepta:
quæ quòd insuper haberent, minutis so-
lùm observatis, à Christo graviter & me-
ritò sunt objurgati, Tostatus *in cit. cap.*
23. q. 149. Unde fructuum partem de-
cimam in Novo Testamento Jure solùm
Ecclesiasticò, quod hoc Titulò & Decretò
causa 16. q. 1. habetur, deberi est necesse.

Confirmantur ista; quia Regulares
& alii à solvendis decimis aliquando exi-
muntur privilegiò Apostolicò, *can. Deci-
mas 47. q. 1. cit. c. Ex multiplici 3. c. Ex par-
te 10. c. Nuper 34. Sc. hâc Rubr. & c. fin.*
de Privileg. & per præscriptionis & con-
suetudinis vias eas exhibendi obligatio
tollit & exigendi jus acquiri potest ab eo,
cui hoc de Jure non competit, *c. Cum
sint 18. Sc. hâc Rubr. c. Ad aures 6. de
Prescript. & c. 1. in 6.* Imò decimæ Per-
sonales fere ubique non-usu sublatae sunt,
teste Panormit. *in c. Cum homines 7. n. 5.*
& Navarro *Manual. cap. 2. n. 31.* quæ
fieri non possent, si eas exhibendi obliga-
tio esset

tio esset Juris Naturalis aut Divini, arg. c. fin. de Consuet.

10. Neque dictis obstant primò textus allegati; quia iis decimæ Divinò Jure introductæ dicuntur, in quantum necessariæ sunt ad Ecclesiæ ministrorum sustentationem: determinatio verò certæ quotæ in Novo Testamento ad imitationem quidem Veteris & à Deo latæ Legis, sed immediatè à legislatore Ecclesiastico est facta, Canisius cit. cap. 3. n. 13. & Gonzalez in c. In quibusdam 32. §. Illa, n. 4.

11. Neque secundò; quòd decimæ ante Legem Mosaicam à Patriarchis oblatae perhibeantur Genes. cap. 14. v. 20. & cap. 28. v. 22. quia ab his, id in gratiarum actionem liberæ voluntatis potius, quam ullius legis determinatione est factum, Suarez cit. cap. 10. n. 4. & Azor p. 1. Institut. lib. 7. cap. 23. q. 2.

Neque tertio; quòd ex præcepto Divino solutæ sint in Lege Veteri; quia illud & generaliter Cæremonialia & Judicialia ejus præcepta omnia, teste Apostolo ad Hebraeos cap. 7. v. 12. & S. Augustino c. Translato 3. de Consuet. relatò, cessarunt morte Christi: qui, præter Decalogi Moralium præcepta, ferè nulli Cæremoniale & Judiciale tradidit, nisi quæ ad Fidè, Spem & Charitatem, ad Sacramenta & sacrificia spectant, secundum receptam doctrinam S. Thomæ 1. 2. q. 108. art. 1. & 2.

ARTICULUS II.

De Rebus, ex quibus:
& Modo, quò Decimæ
sunt solvendæ.

SUMMARIUM.

11. Decimæ præstandæ sunt de omnibus mobilibus:

13. Non tamen ultimæ voluntatis veli-
Etia vel donati.

14. De illicitè questis non recipiuntur:

15. Nisi ita quasita justè revertantur,

16. Et respuerit, qui ex iis decimam solvit.

17. Decima Reales debentur integre;

18. Personales post deductas expensas;

19. Reales de Jure statim;

20. Personales in fine anni;

21. Et debitoris expensis sunt præstandæ;

22. Licet Consuetudine aliud obviet.

Regulæ instar est, Decimæ præstandæ vendas generaliter de omnibus fructibus & proveniunt. Natura beneficii aut hominis ministerio annuatim productis, & Nuntios 6. c. Ex parte 21. &c.

In specie autem debentur extrinsecus omni grano seu fromento & leguminibus universis: de fructibus arborum & hortorum: de fereno: de pecoribus, diti & similibus, c. Ex multiplici 3. c. Provenit 5. c. Non est 22. de proveniunt molendinorum & piscinarum, c. Terentianus cit. & c. Ex transmissa 23. de piscariis est, pretio, quò locantur aut venduntur, & de pensionibus domorum, c. Commisum 7. & c. Pastoralis 28. de negotiatione sive lucro, rerum venditione aliisque hujusmodi contractibus quæsito: de piscatione, aucupio, venatione & ipsa etiam militia seu captis in bello, c. Non est est. de omnibus bonis labore, artificio aliave simili professione & industria humana comparatis, c. Non est & c. Pastoralis cit. ut, si ex dictis & similibus fructibus aliqui in anno sapius producantur & percipiuntur, sapius etiam eorum decimæ sunt solvendæ, c. Ex parte 21. & illi DD. Dixi, Jure communi; quia ex Consuetudine

Suetudine ejusmodi fructuum prædialium complurium decimæ hodie passim non solvuntur: Personales autem, ut monui, in plerisque locis omnino sunt sublatae. Quæ satis certa,

Dubium autem hoc loco discutendum est primò, an Decimæ de jure etiam debeantur ex hæreditate, legato, donatione mortis causâ & inter vivos. Id certè cum Panormit. in c. *Pastoralis cit.* n. 3. affirmat Fagundez *Præcept. Eccles.* 5. lib. 1. cap. 2. à n. 5. & luadet non levis momenti ratio; quia decimæ debentur de omni lucro & omnibus bonis, saltem mobilibus justè quæsitis, c. *Non est & c. Pastoralis cit.* cujusmodi etiam sunt, quæ obveniunt hæreditate, legato, donatione; quia hi sunt tituli lucratiui, iisque etiam mobilia acquiri possunt. Sed verior est Negativa, quam cum Innocentio in c. *Non est cit.* n. 2. defendunt Rebuffus de *Decimis* q. 8. n. 31. Suarez *Tract.* 2. de *Relig.* lib. 1. cap. 31. n. 6. & Moneta de *Decimis* cap. 4. n. 37. ducti exemplò Veteris Testamenti, in quo donatarum, legato vel hæreditariâ successione quæsitarum rerum mobilium decimas præcepas solutas, exactas, sacro textu non perhibetur. Imò eas solvi præcipiens Canon nullus extat etiam in Novo; quia, si cur, illò, sic etiam istò solvi jubentur de mobilibus sive fructibus & proventibus, qui ex terra vel hominis ministeriò proceduntur: cujusmodi non sunt, quæ obveniunt donatione, hæreditate, legato; quia ista non hominis percipientis, sed alterius vel testamentò expressâ, vel ejus de rebus suis nihil disponentis tacitâ voluntate acquiruntur. Accedit; quòd, si donatorum vel ultimâ voluntate relictorum decimæ præstandæ essent, res pleræque citò ad Ecclesias pervenirent. Unde de his probabilis non debentur extra casum, quò res frugifera simul cum fructi-

bus in alium transfertur; tali enim casu utique istorum aut lucri nondum decimati decima pars erit persolvenda, ut colligitur ex c. *Pastoralis cit.* & tradunt *citt.* Suarez cap. 31. n. 10. & Barbosa de *Offic. Parochi* cap. 28. §. 1. num. 28.

Dubium secundò est de rebus illicitè acquisitis. Ex quibus decimas generaliter non deberi, argumentò à contrario ductò, desumi videtur ex c. *Ex transmissa* 23. verbis, *De omnibus, quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur.* Sed hac in re locus est distinctioni; vel enim illicitè quæsitæ retinentur justè, vel injustè?

Si injustè, ut res furtivæ, raptæ, pecuniæ usurariæ &c. necessariò restituendæ sunt dominis suis, secundum *Reg. Peccatum* 4. in 6. à quibus, si res fructiferae sint, fructuum ex iis proventuum decimæ solvuntur. Si tamen ex illis injustè retentis fructus aut lucrum perciperent injusti possessores vel detentores, illius decimas solvere non minus quàm domini tenerentur, Glossa in c. *cit. V. Licet, cit.* Rebuffus q. 5. n. 18. & Moneta cap. 4. n. 39. quia decimæ debentur ex rerum fructibus; quæ proinde cum istorum decimæ partis solvendæ onere transeunt ad quemcunque possessorem, c. *De terris* 16. §. c. *A nobis* 24. etiam injustum, c. *Ex literis* 5. de *Pignorib.* §. c. *Quantò* 18. de *Usuris*; ne melioris conditionis sit prædo & mala, quàm bonæ fidei & legitimus possessor, contra *Reg. c. Eum qui* 18. de *Præbend.* §. *dignit.* in 6. & l. *Si à domino* 36. §. *fin.* ff. de *Petis. hæredit.*

Si verò justè retinentur, ut lucra histriionum, lenonum, meretricum &c. opus est alterâ distinctione; vel enim isti in professione histriionicæ &c. perseverant, vel non? Si posterius, & à peccato pœnitentes desistunt, decimas ex iis solutas recipi, etsi nuppiam soleant, & pro-

B b b pter lea-

14.

15.

pter scandali periculum saepe non valeant, de rigore tamen Juris posse, cum Glossa *cit.*, S. Thoma *cit.* q. 87. art. 2. & aliis docet Covarruvias in *Reg. Peccatum* p. 2. §. 1. n. 1. quia ejusmodi luca capientes, licet turpiter egerint lucrando, turpiter tamen non agunt ea retinendo, imò etiam accipiendò, l. *Idem* q. §. 3. ff. de *Condit.*

16. ob *corp. caus.* Si prius, decimæ, licet debeantur, non tamen recipiuntur ab Ecclesia, argumentò à contrario ductò ex *c. Ex transmissa* *cit.* ne receptione approbare videatur solventium improbitatem eorùmq; peccato communicare, Glossa & S. Thoma l. *cit.*

17. Dubium tertio est, an fructuum & lucri justè quæsitæ decimæ debeantur integre, hoc est, ut semen aliæque impensæ in prædiorum culturam, negotiationem &c. factæ ante earum solutionem non deducantur. Ratio dubitandi minime levis oritur primò ex *c. Non est* 22. inter ea, ex quibus decimæ solvuntur, referente etiam negotiationem & militiam: & subjiciente, de prædictis solvendas ante deductas ulla expensas. Secundo ex eo; quòd non debeantur, nisi de fructibus & lucro: fructus autem & lucrum illud tantum sit, quòd remanet expensis jam deductis: ut de fructu l. *Si à domino* 36. §. 5. ff. de *Hæredit. petit.* & l. *Fructus* 7. pr. ff. *Solutio matr.* de lucro l. *Marius* 30. ff. *Pro Socio* difertè habetur. Unde inferitur, expensas ex utroque deduci posse ante solutionem.

Sed illatio hæc ex parte tantum vera: & proposita dubitatio cum Innocentio III. *c. Pastoralis* 28. relatò, resolvenda est auxiliò distinctionis; cum Reales sine diminutione, hoc est, semine aliisque expensis, uti etiam pensionibus antè non deductis præstandas, clarè habeatur, *c. Cùm homines* 7. *c. Non est* *cit.* & *c. Tua no-* 8. *bis* 26. Personales autem post deductas

expensas de residuo quasi de lucro inferendas, Episcopo Helienfi dictus Papa respicit *c. cit.* Unde, qui in negotiatione merces mille aureis emptas vendidit quibus millibus, decimas solvere tenetur solum de quadringentis, si merces alio trans ferendò in vecluras, vecligalia, fructus &c. sexcentos expendit. Cujus differentia ratio est partim; quòd Reales fructuales debeantur ex fructibus, non acceptis Civiliter sive, prout sunt lucrum domini vel usufructuarii alicujus prædii aut fundi; quòd modò fructus id solum est, quòd superest deductis expensis, §. 1. *pr. cit.* sed consideratis Naturæ & pro omni eo, quòd Dei beneficio provenit ex terra; quòd modò ex præcepto, vino decimæ solutæ sunt in Veteri Testamento, ad cujus imitationem in Novo præstantur Reales; non etiam Personales; hæc enim lege Ecclesiastica primò introductæ & præstandæ tantum sunt de lucro, *c. Pastoralis* *cit.* cujusmodi communi hominum æstimatione solum est residuum sive, quòd remanet, postquam expensæ sunt deductæ, l. *Marius* *cit.* *cap. 28.* §. 1. n. 37. & *Comitatus* in *c. Cùm homines* *cit.* n. 8. partim vero quòd in fructibus magis appareat manus Dei, quàm in lucro; cum illi ex terra sive libera liter: istud verò ex hominum industria & parèe admodum proveniat, Glossa in *c. Pastoralis* *cit.* *V. Debitum* & Suarez *cit.* *Lib. 1. cap. 35.* n. 8. Atque ex his corrunt allata pro deductione expensarum in Realibus seu prædialibus.

Neque hinc sequitur, semen redimari, scilicet in cumulo fructuum, quibus fuit productum: & cum ex eo producti fructus decimantur; quia in terram jactum, ut fructum ferat, motus est: & quòd ex eo producitur, totum fructus novus est & nunquam decimatus, Gonzalez *cit.* n. 8.

Neque etiam Personales integrè sol-
vendas rectè inferitur ex c. Non est cit. quia
ad antinomial Jurium evitandam ejus
verba, Antequam ullas deducatur expensas,
licet sint indefinita, restringenda tamen
necessariò sunt ad frumentum, vinum
& similes fructus eò enumeratos; cum
pecuniarum negotiatione quæsitatum de-
cimæ ex eo, quod expensis detractis re-
manet, solvendas clarè decilum sit c. Pa-
sporaliu cit. Glossa fin. in c. Non est cit. &
Suarez cit. Lib. 1. cap. 33. n. 4.

Dubium quartò est de tempore, quò
decimæ debentur. Et Prædiales quidem
fructibus collectis statim præstandas, de-
cilum est. Cum homines cit. puta de fru-
mento, postquam hoc à solo est separa-
tum: de vino & oleo, postquam expressa,
& antequam illud inferatur horreo, ista
cellario recondantur: de lana, cum oves
sunt tonæ: de foetibus animalium, cum
sine matre vivere possunt &c. Persona-
les verò non statim, postquam lucrum
est perceptum, sed in fine anni, Glossa in
cas. Revertimini, V. Annus, 16. q. 1. & Pa-
normit. in c. Pervenit 5. n. 3. Alii vero,
eas sub finem vitæ primùm deberi, vo-
lunt apud Palao Trafi. 10. disp. unica p.
& n. 6. de quo tamen, quia in usu esse de-
serunt, nobis non magnopere est labo-
randum.

De Jure etiam decimæ probabilius
debentur, antequam exigantur, ut colli-
giatur ex c. Cum homines cit. quia secun-
dum illius dispositionem debentur sta-
tim, & eò ipsò, quòd fruges sint collectæ:
& ex Legis Veteris præcepto, Decimas &
primitias non tardabis offerre, Exodi cap.
22. v. 29. quò postremò verbò Sponta-
neam & sine exactione factam præstatio-
nem significari, rectè notat Panormit in
c. Pervenit cit. n. 3.

Neque obstat; quòd hujus c. sextu
Parochiani ad eas præstandas dicantur

monendi; quia monitione opus tantum
est; ut perveniatur ad excommunicatio-
nem, c. cit. decretam in non solventes, c.
Sacro 48. de Sent. excom. non etiam; ut
debitores constituantur in culpabili mo-
ra, ut cum eodem Interprete tradunt Co-
varruvias Lib. 1. Var. cap. 17. n. 8. & 12.
& Gutierrez 2. Canon. Lib. 2. cap. 20.
n. 43. Unde, si decimæ culpabili morâ
debitoris pereant, aut damnum patian-
tur, iste tenebitur Parocho vel alteri de-
cimatori, arg. 1. Cum res 47. §. fin. ff. de
Legat. 1. Nisi is monitus in illarum re-
ceptione negligens sit; tali enim casu
mora ipsi nociva foret, l. Qui decem 72.
ff. de Solutionibus.

Sed cujus, inquires, expensis in Parochi 21.
vel alterius decimatoris horreum &c. de-
cimæ convehentur? Debitoris seu domini
prædii aut fundi id faciendum, desumitur
ex textu & Glossa can. Revertimini cit.
& alicubi, ut decimæ frumenti, à paleis
jam separati, ad Ecclesiæ vel Parochi do-
mum deferantur, consuetudine recep-
tum, asserit Panormit, n. 3. cit. Quod
licet ita se habeat, in vicinia tamen nostra
Ingolstadiensis fructus à solo separati in ma-
nipulos colligi solent, & ex iis decimus
quisque in agro relinqui, à Parocho vel
alio decimatore suis sumptibus in hor-
reum vehendus, ut etiam observat Cansi-
sius ad hanc Rubr. cap. 7. n. 3.

Ibidem & in Bavaria universa usu re-
ceptum est; ut, si post decimum manipu-
lum in agro quinque, sex aut plures infra
decem superint, ex proximo ejusdem
domini aut villici agro decimatori mani-
pulus quintus vel quartus cedat: etsi vi-
cissim casu, quò unò anno post decimum
quemque præstitum quatuor, quinque aut
plures infra decem superint, proximè
sequenti non quintus aut sextus, sed pe-
inde, ut si præcedente anno nullus su-
perfuisset, decimus primùm manipulus
præste.

B b b 2

præstetur, ut Juris ejus Provincialis sive des Landrechts Tit. 28. art. 3. habetur.

41. *Eas aliquando dominus & colonus*
42. *Aliquando ipse solus solvit.*

ARTICULUS III.
De Personis ad Decimas solvendas obligatis.

SUMMARIUM.

- 23. *Ratione Personæ ad solutionem Decimarum Fideles Parochiani,*
- 24. *Et per se Hæretici tenentur.*
- 25. *Non Pagani, Judæi & Catechumeni:*
- 26. *Neque etiam Papa, Episcopi & Parochi.*
- 27. *Ratione Rei eas præstant possessores prædiorum.*
- 28. *Aliquando etiam Episcopi & Parochi:*
- 29. *Pagani quoque & Judæi:*
- 30. *Non tamen de prædiis, nunquam possessis à Christianis:*
- 31. *Nisi quatenus continent Ecclesie ministrorum sustentationem.*
- 32. *Decimas aliquando etiam clerici solvunt.*
- 33. *Personales Consuetudine passim sunt sublata.*
- 34. *Prædiorum possessores aliqui ad decimarum præteritarum:*
- 35. *Melius alii ad futurarum tantùm solutionem obligant.*
- 36. *Decima non prædiorum, sed fructuum sunt onus,*
- 37. *A Tributi solvendi onere diversum.*
- 38. *Non debentur à pauperibus, extremâ:*
- 39. *Sed communi,*
- 40. *Et verius etiam gravi necessitate laborantibus.*

Decimæ debentur vel ratione Personæ, alicui Ecclesie vel Parochi in spiritualibus subiectæ, vel ratione Rei frugifera, prædii aut fundi, illarum præstantiarum onere affecti, ut rectè observat Laiman Lib. 4. traß. 6. cap. 3. n. 1.

Ex priori capite sive ratione Personæ ad earum solutionem obligantur omnes fideles Parochiani, ab earum præstatione speciali Jure non exempti, & de hæreticis 23. & c. A nobis 24. quibus textibus ad eas expressè adstringuntur omnes: & posteriori additur, Nisi quis se exemptum ostendat, Ratio est: quia fideles Parochiani omnes Ecclesiastica Sacramenta aliæque spiritualia recipiunt à suis Parochis, ad ea ipsi ministrantur et officio obligatis, S. Thomas 2. 2. q. 100. art. 1. & 4. & Suarez Traß. 2. de Relig. lib. 1. cap. 16. n. 1. & 13. Unde

Inferitur primò, ad decimas ratione Personæ non solum Catholicos, sed hæreticos quoque per se obligari: quia hoc ipsò; quòd tanquam baptizati legimus Ecclesie subsint: illius gremium recipere ejusque Sacramenta recipere à Sacerdotibus teneantur, per se ipsi subiciuntur, & decimarum præstationi ratione Personæ obnoxii sunt: licet per accidens propter suæ obligationis ignorantiam, sicut à Catholicorum Sacramentorum receptione, sic etiam ab ea decimarum solvendarum obligatione eximantur, Panormit. in c. De terris 16. n. 6. & Suarez cit. cap. 16. n. 3.

Inferitur secundo, ad eas ratione Personæ exhibendas non obligari Primò Judæos & Paganos, tanquam infideles, propter defectum Baptismi, Glossa fin. in c. cit. & alii apud Barbofam in c. cit. n. 4. Secundo

Secundò, etiam Catechumenos; quòd ob ejusdem Sacramenti defectum quoad alia Sacramenta & spiritualia nulli Ecclesie vel Parocho subjiciantur, Azor p. 1. 26. *Instit. lib. 7. cap. 24. q. 3.* Tertiò Papam; quia in terris non habet, cui in spiritualibus sit subjectus, Abulensis, in *Matth. cap. 23. q. 193.* Quartò, Episcopos & Parochos, tam Regulares quam Seculares; quantumvis enim illi Papæ, hi etiam Episcopis subjecti sint, Sacramenta tamen aliisque spiritualia ab aliquo ad illa ex officio sibi ministranda obligato non recipiunt, cit. Suarez cap. 17. n. 11. & 18.

27. Ex posteriori capite, sive ratione Rei, hoc est, prædiorum & fundorum decimis obnoxiorum, tenentur quicumque istorum possessores, cujuscunque status, Religionis, dignitatis, etiam Regiæ atque Imperatoricæ sint: nisi speciali privilegio, consuetudine vel præscriptione eximantur, arg. c. *De terris cit.* Ratio est; quia ex quo tempore dioceses in Parochias divise sunt, intra istarum fines sitis Christianorum prædii annexa est obligatio fructuum, ex ipsis provenientium, partem decimam pendendi Ecclesie Parochiali. Quæ obligatio, tanquam onus Reale ipsius prædii inhærens, ad quemcunque possessorem transit, arg. c. *Ex litem s. de Pignoris & Imperatores 7. ff. de Public. & vestig. cit.* S. Thomas art. 4. & Suarez cap. 17. n. 10. Unde

28. Præter fideles laicos ad hujusmodi decimas tenentur Primò clerici & ipsi etiam Parochi atque Episcopi: non quidem ratione prædiorum seu fundorum Ecclesiasticorum, ad ipsorum sustentationem specialiter deputatorum & intra Ecclesie suæ fines sitorum, vulgò *des Wiens*; sed aliorum, quæ intra fines alienæ, imò etiam, quæ intra fines propriæ diocesis vel Parochiæ possident, tanquam bona patrimonialia aut aliò titulò merè

temporali, Suarez cit. cap. 17. n. 11. Secundò Religiosi, saltem ratione prædiorum decimandi onere affectorum, antequam ad ipsos pervenirent: nisi privilegio, consuetudine vel præscriptione sint exempti, c. *Commissum 6. c. Ex parte 10. hanc Rubr. & c. Statuto 2. §. Caterum, in 6.* Tertiò ipsi etiam Judæi, Turcæ, Saraceni & Pagani de prædiis ac fundis, qui à Christianis possessoribus ad ipsos pervenerunt: nisi ejusmodi prædia & fundos dimittere malint, c. *De terris cit. & c. Quantò 18. de Usuris.*

Eosdem ad decimas de prædiis quibuscunque, etiam sitis in suis provinciis, & à Christianis nunquam possessis, solvendas obligari, cum Panormit. in c. *De terris cit. n. 5.* existimat Oldradus *Consl. 25.* eà ductus ratione; quòd eas Dominus Deus sibi reservavit in recognitionem supremi domini, quod in omnes res habet, c. *Tua nobis 26.* & Judæi in Deo recognoscunt, & recognoscere Pagani tenentur. Nihilominus & meritò id negant Rebuffus *de Decimis q. 5. n. 11.* Lambertinus *de Jure Patronat. Lib. 5. p. 1. q. 7. art. 3.* Azor cit. *Lib. 7. cap. 14. q. 2.* & alii, partim arg. c. *De terris & c. Quantò cit.* ex quibus, dum Judæi ad decimas de terris, priusquam ad ipsos pervenirent, earum præstationi jam obnoxii solvendas obligantur, argumentò à contrario ductò legitime inferitur, ipsos ad decimas de terris, illis antè non obnoxii, solvendas non teneri; partim verò; quòd Pagani & Judæi, licet Fidem Christianam amplecti & Baptismum suscipere, supremumque Dei dominium recognoscere teneantur, nihilominus, postquam Veteris Testamenti Leges Cæremoniales & Judiciales morte Christi sublata: & quamdiu ipsi extra Christi ovile atque Ecclesiam sunt, ejusmodi recognitionem aliis modis testari possunt, & non necessa-

B. b. b. 3

riò de-

riò debeant per solutionem decimarum; cum, sicut aliis Ecclesie, sic etiam Decimalibus ejus Legibus ante Baptismum susceptum non teneantur: imò hæc ad ipsos non dirigantur, juxta illud Apostoli, *Quid mihi de iis, qui foris sunt?* 1. Corinth. cap. 5. v. 12. & c. *Gaudemus 8. de Divortiiis.*

31. Sed, licet argumenta hæc de quota, sive decimæ partis fructuum, solutione omnino stringant, non tamen evincunt, Judæos ac Paganos non obligari ad decimas, saltem quoad contentam in ipsis sustentationem, Ecclesie ministris debitam Jure Naturali & Divino; ad eam enim his præbendam obligari videntur non minus, quam ad recipiendam ab ipsis Fidem & Baptismum; cum hujusmodi spiritualia ab Ecclesie ministris, ad ea præbenda obligatis & paratis, recipiendi præcepto temporalia sive ad sustentationem necessaria alimenta ipsis præstandi obligatio sit annexa, ut eruditè observat *cit. Suarez cap. 16. n. 11.* qui propterea *n. 12.* probabiliter existimat, Ecclesiam, etsi ad vitandum scandalum non soleat, exigere ab Infidelibus posse aliquod tributum, Evangelii ministris & præconibus pro expensis itineris & sustentatione pendendum.

32. An ad ejusmodi decimas teneantur alii Clerici & Religiosi dubium: & de prioribus dubitandi ratio est; quòd clericus clericum non decimet, *c. Novum 2.* ubi hujusmodi decimatio exactionis genus omnino Novum vocatur. Sed relatum Axioma & textum DD. passim accipiunt de bonis, quæ obveniunt clericis quæ talibus, sive quatenus ad spiritualia sunt obligati: non autem de bonis, quæ, sicut aliis fidelibus, sic etiam ipsis obveniunt aliunde; de his enim decimas ratione suæ personæ præstare non minus quam cæteri fideles de Jure tenentur, *c.*

Novum cit. V. Illi; cum istorum in hæc Sacramenta cæteraque Divina à Parochis ad ea sibi ministranda ex officio obligatis percipiant, Barbola *in c. cit. n. 2.* & *Vianus ibid. De Jure,* inquam; quia etiam hujus dispositioni prævaluit consuetudo: vi cujus ad decimas personales, sicut cæteri fideles, sic & multi magis ipsi & Religiosi hodie non tenentur: quantumvis antiquò Jure ad hujusmodi decimas Parochis spiritualia sibi ministrantibus solvendas essent obligati, *cit. Suarez cap. 17. n. 25.* & *Laurus cap. 3. n. 4.*

Dubium secundò & non levis momenti controversia est, an à prædii possessore exigì valeant decimæ præteritæ; ut super decimis fructuum prædii, quæ venditor Titius eas uno vel pluribus annis præteritis non solvit, conveniri Caius ejus emptor & modernus possessor possit. Non venditorem duntaxat, sed emptorem quoque conveniri posse, *cit. Frid. de Senis Consil. 84.* & *Panormio in c. Cum homines 7. n. 6.* volumus *Rebuffus de Decimis q. 5. n. 9.* *Azor cit. cap. 24. q. 2. §. Quæres,* & *Engel ad hanc l. b. n. 17.* Moventur primò textus *c. In quibusdam 32.* ex cuius dispositione Domini prædia sua non aliis elocare tenentur, quàm à quibus Ecclesie decimas sine contradictione percipiunt: & *can. Si quis laicus, 16. q. 1.* quòd prædium ita aliis concedere permittuntur; ut decimarum proventus priori Ecclesie non abstrahantur, Secundò; quòd decimæ tantum onus Reale ipsorum prædiorum, *c. De terris cit.* onus autem Reale cum re transferat ad quemcunque possessorem, *c. Et literis §. l. Imperatores cit.* Tertio; quòd eadem egentium animarum tributa nuncupentur, *can. Decima, 16. q. 1.* & *c. Tua nobis cit.* tributa autem etiam præterita non soluta exigì valeant à possessoribus

essoribus, l. cit.

35. Sed verius est, ratione earum con-
veniri posse solum venditorem, qui præ-
diorum prius possessorum fructus perce-
pit, ut cum nonnullis VV. defendunt *cit.*
Suarez *cap. 38. à n. 9.* Canisius *ad hanc*
Rubr. cap. 4. n. 3. & Zæsius ibid. n. 62.
Ratio est; quia decimarum præterita-
rum prælatio ipsi prædio, ac proinde
novo ejus possessori sive emptori à Jure
nuptiam imposita reperitur: Imò *c. Cum*
non sit 33. clarè imponitur ipsis fructi-
bus; ut eas prælatæ teneantur ii, ad quos
illi indecimatî pervenerunt. Idè traditur
c. Pastoralis 28. ex cujus dispositione fru-
ctus indecimatî non nisi cum decimarum
onere possunt alienari. Cum ergo æ-
quum non sit; ut decimarum onus simul
fructibus & prædio istiusque possessori
incumbat; quia sic possessor, qui fructus
non percepit, alterius sive sui autoris o-
dio prægravaretur, contra *Reg. Non*
debet 22. in 6. Cum, inquam, hoc
æquum non sit, super iis solus venditor, qui
fructus præteritos percepit, poterit con-
veniri conditione ex Canone, quò decimæ
sunt introductæ, si fructus apud vendi-
torem adhuc extant, *arg. l. Unica ff. de*
Constit. ex Lege: vel, si consumpti sint,
conditione Sine causa vel injusta causa,
l. Mala 3. C. eadem Rubr.
Contra possessore allata difficilia non
sunt, Primum; quia textus uterque de
decimis futuris accipi potest; imò prior
debet; cum de iis, non à dominis prædia
locantibus, sed eorum conductoribus si-
ve colonis, fructus tantum colligentibus,
solvendis loquatur, ut rectè notat
cit. Canisius n. 8.
36. Secundum; quia decimas solvendi
onus afficit & sequitur ipsos fructus, à
solo separatos, *c. Pastoralis, c. Cum non*
sit cit. c. Cum homines 7. c. Dilecti 8.
c. A nobis 24. & c. Tua nobis 26. prædia

verò tantum, quatenus istos virtute con-
tinent: quò modò ad futuros, non ad
præteritos fructus referuntur. Suarez
cap. cit. n. 9. in fine.

Postremum etiam & præcipuum; 37.
quia decimæ propriè non sunt, & in la-
tiori tantum sensu propter similitudinem
quandam aliquando Tributa vocantur;
quòd à clericis eas percipientibus com-
municentur seu tribuantur egentibus; &
cum in multis differant à tributis, per
notata à Glossa in *c. Tua cit. V. Tributa*
ut proinde mirum non sit, quòd super
non solutis decimis præteritis conveniri
ii duntaxat valeant, à quibus fructus sunt
percepti: licet ratione tributorum non
solutorum conveniri possint fundorum
novi possessores; quia tributorum fun-
dos, *l. Imperatores cit.* decimarum au-
tem onus afficit ipsos fructus: fundos
autem non nisi, quatenus istos continent
virtute, *cc. cit.*

Dubium tertio est, an ad decima-
rum præstationem etiam teneantur Pau-
peres. Convenit inter DD. non teneri
laborantes inopiâ sive necessitate extre-
mâ; quia ista omnia communia facit, *arg.*
can. Discipulos 25. dist. 5. de Consec. &
l. Si laborante 2. §. 2. in fine, ff. ad L.
Rhod. de jactu, Barbola in c. Si quis 3.
de Furtis n. 2. Contrà verò ad eam te-
neri laborantes inopiâ communi & tole-
rabili: quales censentur, quibus, solutis
decimis, tantum remanent necessaria ad
se suosque alendos, *S. Thomas cit. q.*
87. art. 4. 39.

Dissentio autem inter eos est de iis,
qui decimis solutis ad suam suorumque
sustentationem necessaria non habent,
hos enim ad decimarum præstationem
obligant Panormit. in *c. Cum homines cit.*
n. 5. cit. Rebuffus q. 5. n. 14. Canisius
cap. 5. n. 1. & ipse etiam Doctor An-
gelicus cit. art. 4. quòd decimæ, ut in-
quiunt, 40.

quiunt, solvantur ut debitum, per expressos textus *can. Decima*, 16. q. 1. & *c. Parochianos* 14. hâc Rubr. & quidem ex Justitia; cum ad eas exigendas Ecclesiæ competat Actio, Glossa in *can. Decima cit. V. Ex definito*: in debito autem, inquit Panormit. 1. cit. ad debitoris inopiam respectus non habetur, nisi post cessionem, juxta l. 1. C. *Qui bonis ced. poss. & ibi Interpp.* Eos contra à decimarum præstatione cum Innocent. in c. *Lices* 4. de *Censib.* eximunt *citt. Suarez cap. 3. n. 16. Laiman cap. 3. n. 6. & Palao Tract. 10. disp. unic. p. 11. n. 2.* partim; quod credibile non sit, Ecclesiam, à qua decimarum solutio præcepta est, eas præstari velle etiam ab iis, qui non habent necessaria ad sustentationem, præsertim cum Parochi pauperibus subvenire teneantur saltem ex Charitate: & antiquò Jure decimarum pars aliqua applicanda fuerit in pauperum sustentationem, *can. Quatuor Sc.* 12. q. 2. & licet ista cum aliis confusa sit, tamen illorum inopiam sublevare clerici teneantur, *arg. can. Decima & c. Tua cit.* partim verò; quod debiti solutionem, quamdiu gravis necessitas durat, à debitore differri posse, Sylvestri *V. Restitutio* 5. q. 1. & 3. Laiman *Lib. 3. Tract. 2. cap. 12. n. 1.* & aliorum communis sit doctrina. Imò debitum omnino extingui, quando is, cui solvendum est, elemosynam facere tenetur, doceat *citt. Palao n. 2.*

Ex duabus his Opinionibus, sicut priorem Juris rigori magis conformem: sic omnino probabilem censeo posteriorem. In praxi tamen pauperibus suadendum existimo; ut necessitatem suam potius proponant Ecclesiarum pastoribus, ad eam cognitam sublevandam obligatis, quam ipsi se eximant à solutione decimarum.

¶ I. Dubium quartò est, an decimas sol-

vere teneatur prædii Dominus vel Colonus. In quo satis recepta est distinctio; vel enim ex illo provenientes fructus dominus & colonus inter se dividunt, ut uterque partem eorum aliquotam v. g. medietatem, tertiam aut quartam percipiat; vel omnes fructus percipit unus, alter verò præstat pensionem pecuniariam, aut etiam fructuariam?

Si prius, uterque de parte, ex conventionione sibi debita, eas sine diminutione solvere tenetur, *c. A nobis* 24. & *c. Tua nobis* 26. nisi antequam fructus dividantur, ex toto eorum cumulo præstatæ fuissent; hoc enim si factum esset, de residuis novem partibus inter ipsos divisus Parochiæ neuter aliquid amplius deberet; Glossa in *c. Tua cit. V. Sic & dominus & ibi Panormit. n. 14.*

Si posterius, & omnes fructus percipit dominus: colonus autem pensionem, ille de fructibus decimas integre, hoc est, ante omnes expensas & pensionem etiam deductam, solvere tenetur, *c. Non est* 22. & *c. Cum non sit* 31. ille partem de pensione, tanquam de lucro sive stipendio laboris, decimas Personales, si in Usu essent, præstare teneretur, *arg. c. Pastoralis* 28. Panormit. *citt. n. 14. & 15.* Si verò fructus omnes percipit colonus, eò quod prædium conducenti pro fructuaria pensione domino præstanda, ad decimas integre de omnibus fructibus solvendis tenetur colonus; domino autem pensio indecimata manebit, Panormit. 1. *citt. Azor cap. 24. q. 4. & Moneta de Decimis cap. 6. n. 40.*

Neque obstat; quòd dominus decimas Personales debeat ex pretio & pensionibus pascuorum aut ædium locatarum; quia in nostro casu pensio virtualiter jam decimata censetur ex eo; quòd à colono minor pensio exigatur intuitu oneris decimarum, ab ipso integre solvendarum.

vendarum. Unde iterum decimanda non est; cum non habeat rationem lucri proventus ex actione vel industria performance, sed fructus seu redditus annui ipsius fundi, cit. Suarez cap. 39. n. 14. & Zoccus ad hanc Rubr. n. 24.

ARTICULUS IV.

De Exemptione à solutione Decimarum.

SUMMARIUM.

43. A decimarum solutione immunitas acquiri potest.
44. I. Privilegiò Apostolicò:
45. Cujus vigore Regularium aliqui de fundis propriis,
46. Et proprià manu sive sumptibus cultis:
47. Ceteri de Novalibus decimas non solvunt,
48. Et multi ampliori gaudent immunitate:
49. Quae indultà privilegiorum communicatione non acquiritur:
50. Nisi ejus facta sit mentio specialis.
51. Privilegium, eximens à solutione decimarum de pradiis suis, acquisita,
52. Et acquirenda etiam pradia comprehendit.
53. Privilegium ejus immunitatis revocari potest,
54. Et aliquando praesumitur.
55. Idem amittitur Renuntiatione,
56. Etiam tacitè ex tricenario non-Usu praesumptà.
57. II. Eadem acquiritur Consuetudine, &
58. III. Prescriptione quadragenarià, titulum aliquando,

59. Non semper exposcente.

60. IV. Amicabili Compositione & Transactione.

Licet non defuerint, qui à decimarum praestatione eximi neminem posse existimarent; quòd Juris Divini, omni humana potestate superioris, earum sit praecipuum: certa tamen in Scholis & utriusque Fori Usu recepta Regula est, ab obligatione illa eximi debitores posse: dummodo Parochis aliisque curatis de congrua sustentatione alià ratione provideatur, ut defumitur ex c. Ex parte 10. c. Licet 11. Et. & clarissimè ex c. A nobis 24. verbis, Cum igitur quilibet decimas solvere teneatur, nisi à praestatione ipsarum specialiter sit exemptus. Acquiri autem hujusmodi exemptio potest

Primò Privilegiò: non quidem Principis Secularis, c. Tua 25. aut etiam Episcopi vel alterius Praelati Ecclesiastici; cum Jus commune Ecclesiae nequeant relaxare, can. Institutionis, 25. q. 2. Et. Dilectus 15. junctà Glosà V. Permissa, de Temp. Ordinac. sed summi Pontificis, c. Ex multiplici 3. c. Ex parte cit. Et. propter supremam ejus in Ecclesias resque & jura Ecclesiastica potestatem, c. Licet 2. de Prab. & dignit. in 6. sic enim à solutione decimarum de hortis & nutrimentis animalium suorum ab Alexandro III. in Concilio Lateranensi, c. Cum dicat 2. de Eccles. adif. relatò, exempti sunt leprosi, ubi in communi vita degentes Ecclesiam & presbyterum habent.

Ejusmodi exemptionis & Juri communi infertum privilegium à Paschali II. obtinuerunt Ordines Religiosi, can. Decimas, 16. q. 1. ubi omnes, tam Monachi quàm Clerici Regulares in commune viventes, eximuntur à solvendis decimis de laboribus & nutrimentis suis sive de

C c c c fundis

fundis & prædiis, quæ propriis manibus sive suis laboribus & sumptibus excolunt; cujus etiam mentio fit *c. Ex multiplici cit.*

Hoc tamen ita liberaliter indultum privilegium ab Adriano IV. *c. Commissum* 4. ad certa prædia: ab Alexandro III. ad certos tantum Religiosos, nempe ad Cistercienses, Templarios & Hospitalarios solos, *c. Ex parte* 10. Imò postea, cum Religiones multarum possessionibus auctæ ditarentur, ab Innocentio III. ad istorum etiam Ordinum prædia, ante Concilium Lateranense acquisita, restrictum est *c. Nuper* 32. ita; ut de postea acquisitis & oneri decimarum antea obnoxiiis has solvere etiam ipsi deberent: etiam si propriis manibus ac sumptibus excolerentur.

46. Quò tamen ipsò privilegio, ut memorati etiam Religiosi gaudeant, duo requiri, notat Panormit. *in c. Ex parte cit. n. 1.* Primum quidem; ut prædia sint propria; si enim essent conductitia, decimas ex ipsis solvendas perinde, ut si à laicis eorum dominis excolerentur, patet ex *c. Dilecti* 8. Secundò; ut colantur manibus sive sumptibus propriis; quia immunitate à decimis non gaudent, si colonis pro dimidia vel alia simili parte fructuum vel pensione colenda tradantur, *c. Licet* 11. junctâ Glosâ *fin.* Ratio est; quia exemptio à decimis, *c. cit.* indulta est ipsis Religiosis eorumque Monasteriis: non prædiis; ideoque ab illis ad colonos aut emptores, tam fructuum quam prædiorum, non transit: quod à Rota pluries decisum, testis est Barbofa *de Offic. Parochi cap. 28. §. 3. n. 40.*

47. Cæteris verò Religiosis *c. Ex parte cit.* relicta est immunitas Imprimis à præstandis decimis Novalium sive fundorum, de novo & propriis manibus vel sumptibus cultorum, quique nullos vel modicos fructus antea protulerunt ita; ut

exemptio à decimis ex ipsis solvendis nihil aut parum præjudicii Parochiis inferat, Pirrhing. *ad hanc Rubr. n. 55.* Decime, à decimis ex nutrimentis animalium suorum, id est, de animalibus, quæ ipsi nutriunt, non quæ nutrienda aliis tradunt, Panormit. *in c. cit. n. 5.* Et etiam à decimis hortorum sive eorum, quos colunt ad proprium usum, & non in fraudem Parochiarum: quod hæc conferentur, si agrum decimis obnoxium converterent in hortum; ut eum à dicto onere liberarent, Panormit. *ibidem n. 3.*

Præter hæc tenus declaratum & juris communis Corpore clausum, eodem modo exemptionis varia privilegia Religiosi Ordines à summis Pontificibus obtinuerunt, scilicet ab Urbano III. Cisterciensi 1176. ab Innocentio III. Fratres Ordinis Redemptionis Captivorum 1186. ab Honorio IV. 1216. & à Gregorio IX. 1370. FF. Prædicatores: à Clemente IV. 1265. & postea à Sixto IV. 1474. FF. Conventuales Ordinis S. Francisci: à Martino V. Carthusiani 1410. & Cistercienses: ab Eugenio IV. Monachi Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis 1436. Carmelites à Sixto IV. 1476. à Julio II. Ordo Minimorum S. Francisci de Paula 1506. & Canonici Regulares S. Salvatoris Ordinis S. Augustini 1512. à Leone X. Monachi Cantabrigienses 1513. à Sixto IV. Leone X. & Paulo III. Moniales S. Clarae, quibus indultam decimarum exemptionem Gregorius XIII. confirmasse, perhibetur à Barbofa *cit. §. 3. n. 56.* à Paulo III. & Julio III. Religio Societatis Jesu, cui ab iis concessa privilegia idem Papa Gregorius XIII. cum expressa derogatione *c. Nuper cit.* amplissimè confirmavit *Constitutio* quæ incipit *Pastoralis curia* 1. Junii 1578. Circa quæ & cætera ejusmodi à Barbofa *in c. Ex parte cit. n. 5.* & Alcan. Tambur.

Tamburino *Tom. 1. de Jure Abbat. diff. 15. q. 18. à n. 3.* relata Ordinum Religiosorum privilegia, licet singulorum tenorem vnique examinare vel referre longum, & à proposita Decretalium explanatione alienum sit, in praxi tamen utile

49. Dubium est primò, an, indultâ generali communicatione omnium privilegiorum cum Exemptis, etiam communicata censetur exemptio à solutione decimarum. Id enim sentire videtur Lezana in *Summa Q. Q. Regul. V. Decima. n. 8.* quòd ejusmodi privilegia cedant in favorem causæ Piz, & sæpe atque sine magna difficultate soleant concedi.

50. Sed melius Tamburinus *cit. q. 18. n. 34.* & Laurent. de Franck. *Controvers. inter Episc. & Reg. p. 2. q. 72. n. 8.* ejusmodi communicatione exemptionem à decimis, si in specie non exprimitur, non communicari, docent præter Barbosa, tres Rotæ decisiones in eam rem allegantem; de *Offic. Parochi cap. 28. §. 3. n. 41.* Ratio solida est partim; quòd exemptionis privilegium cedat in præjudicium tertii, scilicet Parochialium Ecclesiarum; ideòque concessum non censetur, nisi sit expressum; quia Princeps jus suum auferre alteri velle, non censetur, nisi id declarat, *arg. l. Nec avus n. C. de Emancip. liber. §. c. Licet 12. de Offic. Ord. Suarez Lib. 7. de LL. cap. 27. n. 9.* partim verò; quia ejusmodi exemptione derogatur Juri communi, *c. Nuper cit. continenti Constitutionem Conciliarum;* cui non nisi expressa mentione derogari, desumitur ex *c. Nonnulli 28. de Rescript. c. Ex parte 3. junctâ Glosâ V. Mentio de Capell. Monach. §. l. Prator ait 2. §. 16. ff. Ne quid in loco publ.* Cum ergo privilegia, tertii præsertim Ecclesiarum præjudicium & Juris Conciliaris derogationem continentia, non ita, ut

Lezana ait, facile, sed rariùs, cum cognitione causæ & magna difficultate soleant concedi, per ea quæ Joan. Andr. in *c. Dudum 31. de Privileg. n. 5.* & Jason. in *l. 1. ff. de Legat. 1. n. 2. §. 21.* ab eòque relati DD. alii tradunt, generalis communicatio privilegiorum ad exemptionem à decimis non extendetur: nisi fortè casu, quò in generali communicatione aliquibus præjudicialibus expressis adjicitur clausula, ex qua istam ad cetera extendi colligatur, ut cum *cit. Franch. n. 10.* rectè advertit Engel *ad hanc Rubric. §. 3. n. 4.*

Dubium secundò est, an Religiosis concessum privilegium, de non solvendis decimis ex prædiis suis, comprehendat sola prædia tempore concessionis acquisita, vel etiam postea acquirenda. Priora tantùm illò comprehendendi, existimat Odradus *Consil. 268.* cum; quòd tale privilegium propter præjudicium tertii & Juris communis derogationem sit interpretationis stricta, *arg. Reg. Odia 15. in 6.* tum verò; quòd prædia ad Religiosos transeant cum onere suo, *arg. c. Ex literis 5. de Pignorib.*

Sed verius est, & *c. Quia circa 22. de Privileg.* decimam videtur, ejusmodi privilegio comprehendendi etiam prædia acquirenda; cum privilegium, secundum Canonicas sanctiones, hoc est, ab habente potestatem & legitimò modò super decimis indefinitè concessum, non solum de illius temporis, sed de futuris quoque intelligatur, *c. cit.* privilegium autem à summo Pontifice legitimè concessum, indubitatè præsumatur. Idem desumitur ex *c. Nuper cit.* cujus textu, cum decimarum concessio, antè *c. Ex parte 10.* facta, restringitur, non obscure indicatur, immunitate à solutione decimarum solvendarum ex propriis prædiis Religiosis antè indefinitè concessâ, comprehendendi etiam

etiam prædia acquirenda, Azor *cit. Lib. 7. cap. 26. q. 6. §. Tertiò*, & Suarez *Trañ. 2. de Relig. lib. 1. cap. 19. n. 7.*

Neque aliud persuadent adducta ab Oldrado, partim; quia privilegium, licet strictæ interpretationis sit, intelligendum tamen est plenè; ut extendatur ad omnia, quæ ipsius verbis significantur. Cùm ergo indefinitè concessa exemptio, à solutione decimarum ex propriis prædiis Ordinis, æquivalcat concessioni universali, & includat negationem non solvendi decimas, etiam prædia ab eo acquirenda comprehendit: partim verò; quòd res cum onere non transeat, quando onus privilegio tollitur: sicut, in proposito casu fieri, est dictum.

Neque obstat; quòd ad prædia acquirenda non extendatur præscriptio immunitatis à decimis solvendis; quia ad istam requiritur possessio, quæ respectu prædiorum primùm acquirendorum deficit: non etiam ad privilegium; ideòque hoc ad futura extendetur, etsi ad ea præscriptio nequeat extendi.

83. Dubium tertio est, an ejusmodi privilegium valeat revocari. Ratio dubitandi est; quòd Privilegium, à Principe semel legitime concessum, debeat esse perpetuum, *Reg. Decet 16. in 6.* Verùm hæc Regula perpetua non est; cùm, præter alias exceptiones, ei locus non sit, quando privilegium, præsertim gratiosum, mutato rerum statu tertio damnosum incipit esse, & causa publicæ Utilitatis ejus revocationem suadet, Streinius *in Reg. cit. n. 2.* & Gonzalez *in c. Suggestum 9. n. 4.* ideòque *c. cit.* Alexander III. ejusmodi privilegium obtinenti suadeat; ut super decimis de Jure Ecclesiæ solvendis cum ista componat. Quare

84. Interpp. aliique DD. communiter agnoscunt, ejusmodi exemptionis privilegium, cùm eò enormiter læditur Eccle-

sia Parochialis, revocari: & quidem, si ejusmodi læsio manifesta sit, ipsò jure ita; ut, licet ab Ecclesiâ Parochiali Religiosi ad decimarum solutionem eorum propriâ autoritate non valeant, tamen privilegiati, quibus de ea læsione indubitata constat, decimas Ecclesiæ Parochiali solvere, non expectatâ judicis sententiâ, teneantur, secundum Glotium *in can. Recepta, 25. q. 2.* quia in concessione privilegii includitur tacita conditio, *Nisi enormiter lædatur Ecclesiâ Parochialis*; ut eò concessa exemptio ad hujusmodi læsionis casum non porrigatur. Panormit. *in c. Suggestum cit. n. 5.* Si verò enormitas læsionis manifesta non sit, recurrendum est ad Papam: cujus, si privilegium concedere, sic etiam potest esse, an læsio enormis & tanta sit; ut privilegio amplius non sit locus, vel opus sit moderatione, Panormit. *ibid. n. 4.* & Barbosa *cit. cap. 28. §. 3. n. 44.*

Præterea Privilegium exemptionis à solutione decimarum amittitur constitutione seu partium Compositione, *c. Suggestum cit. c. Dilecti 8. in fine & c. ibi per 34.*

Denum idem amittitur Præscriptio, si non-ufu vel usu contrariò, regit privilegii decimas solvant, ut colligitur ex *c. Si de terra 6. hinc Rubr. Et de decedentibus 15. de Privileg.* ex quibus tamen textibus non levis controversia oritur de tempore non-usus, requisitò ad ejusmodi privilegii amissionem; cùm, priori triginta, posteriori verò quadraginta annorum non-ufu privilegium amissum, decidatur; sunt enim, qui ad privilegium per viam præscriptionis non-usus tollendum priori annos triginta sufficere secundum Jus antiquum, tunc cennalem præscriptionem contra Ecclesiâ admittens, *can. 1. Et. 16. q. 3. posteriori autem textu, priorem corrigentem, quædam*

quadraginta annos exigi velint, secundum Jus novum *c. De quarta 4. & c. Ad aures 6. de Prescrip.* quadragenarii temporis lapsus exigens ad prescriptionem adversus Ecclesiam complendam.

Sed malè; cum uterque textus eadem Gregorii IX. Compilatione referatur: in eadem autem Compilatione contrarietas & correctio, si terminis Correctorii non utatur, non facile admitenda: sed congruè potius interpretationis conciliatione sit evitanda, per tradita *Dissert. Proem. n. 105.* Quare melius cum aliis Barbosa inter non-Usum & Prescriptionem distinguit: & ad privilegii amissionem per viam tacitæ renuntiationis, quæ non-usu ipsius privilegiati inducitur, triginta annos sufficere, colligit ex *c. Si de terra cit. verbis, Privilegio tanto tempore detrabere voluisti:* per viam autem prescriptionis contra Ecclesiam quadraginta annos *c. Accedentibus cit. expositi, docet in c. cit. n. 4.*

Cui textuum conciliationi opponentibus, etiam *c. Accedentibus cit.* immunitatem à solvendis decimis per viam Renuntiationis non-usu inductæ amissæ, ejus clare insinuari verbis, *Tanto tempore,* decimas contra indulta solvendò, *eis renuntiasse tacite presumuntur,* rectè Respondet Barbosa *c. Si de terra cit.* à Papa præcisè consideratum non-usum ex parte privilegiorum, ex eoque tacitam renuntiationem illatam: contra *c. Accedentibus cit.* etiam tacitæ renuntiationis mentio fiat, præcipuè tamen propositam à parte, & à Papa consideratam quadragenariæ & quietæ ac pacificæ possessionis continuationem eorum, qui decimas perceperunt: quæ contra Ecclesiam verè præscribitur, *c. De quarta & c. Ad aures cit.*

Non displicet etiam *cc. cit.* conciliatio, quam ex Henric. de Boich in *c. Si de terra cit.* asserti Canisius ad hanc Rabr.

cap. 6. n. 13. duos casus distinguens: & eò quidem, quò adversus privilegiatum decimæ præscribuntur ab eò, cui quoad earum perceptionem Jus commune assistit, *vg. à Parocho,* triginta annos etiam contra Ecclesiam sufficere, *c. Si de terra cit.* contra casu, quò contra Ecclesiam vel Monasterium ab eò, cui Jus commune non assistit, *vg. ab alia, quàm Parochiali* præscribuntur, quadraginta annos necessarios esse, & *c. Accedentibus cit.* exigi, docens.

Secundò à decimis solvendis immunitas acquiri potest Consuetudine: quæ decimas Personales fere ubique, & Reales Minutas in plerisque locis ex toto vel ex parte sublatas, DD. passim observant. Eadem in aliqua provincia etiam immunitatem à solvendis decimis Majoribus acquiri posse, communis sensus est DD. dummodo ejusmodi consuetudine Parochis Divinò & Naturali Jure debita sustentatio non subtrahatur; id enim si alicubi fieret, non obtante quacunque Consuetudine, decimarum præstandarum obligationem fidelibus imponi à Papa denuo posse, D. Thoma aliisque DD. relatis, ostendit *cit. Suarez cap. 12. n. 11.* & monet Laiman *Lib. 4. tract. 6. cap. 6. in fine.* Quamvis autem, ad Consuetudinè contra Legè introducendam regulariter decennium sufficere, censuerim *Lib. 1. Tit. 4. n. 31.* ad acquirendam tamen per eam immunitatem ab obligatione solvendis decimas; quòd per eam Ecclesiæ Parochialis jus lædatur, non minus tempus, quàm ad præscribendum adversus Ecclesiam requiri, ibidem monui *n. 32.* cum Lessio *Lib. 2. de J. & J. cap. 6. n. 47.*

Tertiò, Prescriptione: quæ tamen contra Parochum & Ecclesiam Parochialem, quòd huic commune Jus assistat, non perficitur nisi quadraginta annis cum titulo, vel sine isto tempore immemoriali.

69. riali, *e. i. de Prescript. in 6. Contra Parochum*, inquam; quia contra Monasterium vel Ecclesiam non - Parochialem quadraginta annis sine titulo, *e. De quarta & c. Ad aures citr.* & contra privatum, tam clericum quàm laicum præsentem decem, contra absentem viginti annis præscribuntur, juxta principia Juris vulgata.

Neque obstat; quòd à laico præscribi nequeat jus decimas percipiendi, *e. Causam 7. de Prescript.* quia inter hujusmodi jus & immunitatem à decimis solvendis latum discrimen intercedit; cum illud, ut infra dicitur, à laico Juridicè possideri nequeat: quò tamen modò possideri ab eo potest immunitas ab onere decimas solvendi; quia hæc aliud non est, quam commoditas temporalis sive libertas à dicto onere, fundo inherens à natura, hoc ipsò; quòd decimæ quoad quòtam non Naturali aut divino, sed humano sive Ecclesiastico Jure debeantur, Covarruvias *Lib. 1. var. cap. 17. n. 10. & cit. Suarez cap. 12. n. 17.*

60. Quartò à decimis præstandis exemptio acquiri potest amicabile Compositione & Transactione juxta dicta *Lib. 1. Tit. 36. n. 32.* Eadem acquiri potest gratuita Cessione, sive remissione Parochi vel alterius decimatoris, ab earum præstatione aliquem liberantis, Canisus *ad hanc Rubr. cap. 17. n. 19. & Vallenf. ibid. §. 8. n. 5.* Quam tamen remissionem, licet Parochus respectu decimarum sibi præstandarum ad vitæ suæ tempus facere queat liberè; cum ita sibi duntaxat præjudicet: perpetuò tamen sive, ut eà etiam successor stare teneatur, id facere non potest sine justa causa & solemnitatibus, ad rerum Ecclesiasticarum alienationem Jure requisitis; quarum interventus etiam necessarius est, cum ad Monasterium vel Ecclesiam etiam Secularem quamcunque spectantes decimæ ab ejus Prælate,

non solum perpetuò, sed ad quòdecimtrienniò longius tempus remittantur, juxta *Extravag. Ambrosia de Res. Eccl. alien. & dicta Tit. 18. n. 7.*

ARTICULUS V.

De his, à quibus Decimæ percipiuntur.

SUMMARIUM.

61. Decima primò solvuntur vel Clericorum:
62. Postea Ecclesia Parochialis,
63. Super earum perceptione Juri ipsentiam munit:
64. Personales quidem Parochia, ministranti Sacramenta,
65. Ad eaque ministranda obligati:
66. Reales verò et, in a cujus Jure proveniunt:
67. Cui etiam præstantur decimæ dicitur.
68. An Parochialis vel Baptismalica debentur, sensu DD.
69. Quatuor casuum distinctione circumstantur.
70. Decimas aliquando cum Parochi alii Clerici percipiunt.
71. Eadem Episcopo debentur in vicinis Parochia Cathedrali:
72. In diocesi, in parochias non divisi:
73. Et cum prædix in diversis suis vicinis parochia sunt.
74. Ratione parochiarum illarum aliquando Monasteriis præstantur.
75. Decimarum pars aliqua de Jure debetur Pape.
76. Laici capaces non sunt Juri directi mandati Directi principali:
77. Sed Indirecti duntaxat.
78. Et Directi minus principaliter. Ex prima

Ex prima Ecclesie ordinatione Decima debebatur ceteri clericorum, Sacramenta ceteraque Divina populo ministrantibus, aut ministrantibus assistentibus: & inter hos juxta cuiusque necessitatem & merita distribuenda; Episcopo solvebantur, *can. 1. can. Quoniam 21. Sc. 16. q. 7. Vallenf. ad hanc Rubric. §. 6. n. 1. & Gonzalez in c. Cum sint 18. n. 2.*

62. Postea, facta à Dionysio Papa Ecclesiarum divisione, erectisque beneficiorum Titulis, & istorum singulis proprio clerico assignatis, decimarum aliorumque proventuum Ecclesiasticorum certa portio singulis clericis, vel potius ad ipsorum sustentationem Ecclesiarum Parochialibus, spiritualia populo ministrantibus, est assignata, *can. 1. Sc. 13. q. 1. Sc. Pastoralis §. de his, qua à Prelat. Laiman Lib. 4. tract. 6. cap. 4. n. 3. & Vallenf. cit. n. 1. & Gonzalez cit. n. 2.* Unde hodie Ecclesie illae

63. earumque Rectores seu Parochi super perceptione decimarum Jure communi fundatam habent intentionem; ut, si controversia super iis oriat, probandi onus in quemlibet, eas ad se pertinere afferentem, rejiciant, ut colligitur ex *c. A nobis 24. c. Cum contingat 29. Sc. hanc Rubr. Sc. 1. Ad decimas 2. de Restit. Spoliat. in 6. Rebuffus de Decimis q. 7. n. 4. & Barbosa de Offic. Parochi cap. 28. §. 2. n. 9.*

64. Porro, ut, cui Parochiae decimae debeantur, constet, notandum est discrimen inter Personales & Reales.

Et illae quidem, ubi in usu sunt, exhibentur Parochiae, à qua Ecclesiastica Sacramenta ceteraque spiritualia ex obligatione ministrantur & percipienda sunt, *c. Ad Apostolica 20. hanc Rubr. Sc. fin. de Parochiis.* Si quis autem habeat duo domicilia, decimas Personales solvendas Parochiae, in qua principalis: vel, si duo aequae principalia domicilia habeat in utra-

que, eas dividendas inter hujusmodi Parochias, cum Suarez *Tract. 2. de Relig. lib. 1. cap. 21. n. 1.* existimat Gonzalez *cit. n. 2.* Idem faciendum est, si domus sit in confinio duarum Parochiarum: & si in qua Parochia domus sit, dubitetur, attendendum ad situm januae; ut in illa Parochia quis domicilium habeat, & ad decimas obligetur, quam respicit janua: & si plures habeat, quam respicit janua anterior & principalis, Rebuffus *q. 6. d. n. 3. & Moneta de Decimis cap. 7. d. n. 21.*

Dixi, *Ex obligatione*; quia, etiam si quis, ut in pluribus locis hodie fit, Divina audiret & Sacramenta perciperet extra Parochiam in Ecclesia Monasterii, non tamen idcirco huic deberet decimas Personales; cum neque ista Divina ministrare, neque ille ea percipere in tali Ecclesia ex obligatione teneatur: imò de Jure, praeter alia Sacramenta, etiam annuam Confessionem & Communionem Paschalem obire, Missamque & alia divina audire in propria Parochia debeat, *c. Ut Dominicus 2. de Paroch. Sc. Cum quis 2. de Sepult. in 6. Rebuffus q. 6. n. 2. & Moneta cit. cap. 7. num. 20.*

Istae verò, sive decimae Reales & prae-
diales praestandae sunt Parochiae, intra cujus fines sita sunt praedia, *c. Cum sint 18. c. Ad Apostolicas 20. Sc. c. Cum contingat 29.* quia, sicut Personales personis, quas etiam sequuntur, sic Reales ipsis praediis inhaerent. Neque, ut primò intuitu videri potest, absurdum aut iniquum est; quòd praedii decimas percipiat Parochia, à qua illius domino vel colono spiritualia non ministrantur; quia nihilominus id rationabiliter statutum est, cum; quòd ita incertitudo Parochiarum & Parochialium limitum confusio evitetur: tum verò; quòd aequale in hoc jus, commodum & incommodum sit omnium Ecclesiarum; cum, sicut unus ex hac in istam, sic vicillim

vicissim alius in hanc ex alia Parochia migret; ac proinde, sicut ille alienæ, sic vicissim propriæ ipsius Parochiæ decimas alius solvat, ut rectè advertunt *citr.* Rebuffus *q. 6. num. 20.* & Suarez *cap. 21. §. num. 14.*

67. Reales, juxta dicta *n. 5.* sequuntur decimæ Mixtæ, v.g. ex fœtibus animalium: ex gallinarum, anserum aliarumque aviû pullis: ex caseo, lacte &c. nam etiam ipsæ Parochiæ, cujus finibus conclusa sunt prædia, debentur; ut, si pecora diversis anni temporibus pascantur intra fines Parochiarum diversarum, decimæ inter has pro rata temporis, quò in singulis aluntur, inter illas dividendæ sint: nisi alia sit locorum consuetudo, Glossa *in c. Ad Apostolica cit. V. Personales, cit.* Rebuffus *n. 15.* & Moneta *cap. 4. n. 16.*

68. Dubium hic & Controversia est, an Decimæ, tam Personales quàm Reales, Ecclesiæ Parochiali etiam debeantur, quando hæc distincta est à Baptismali.

Priores sive Personales utrique solvendas sive inter eas dividendas, volunt *in c. Cum contingat 29. Panormit. n. 6. Ant. de Butr. n. 8.* & Fagnanus *n. 56.* propter textum *can. De decimis 45. & can. Quæsti 46. Sc. 16. q. 1.* quibus decimæ Personales solvi jubentur, tibi eas præstantium infantes baptizantur & ubi per totum anni circulum Missas audiunt. Contra Rebuffus *cit. q. 6. n. 21.* cum Glossa *fin. in c. fin. de Paroch. & Joan. Andr. in c. Ad Apostolica cit.* eas soli Parochiali deberi, defendunt ex ratione; quòd debeantur Ecclesiæ, in qua Sacramenta percipiuntur & audiuntur Divina: quæ est Parochialis: non, in qua percepta sunt & audita, *can. Quæsti & c. ad Apostolica cit.* atque idcirco, cum quis domicilium mutat, hujusmodi decimæ præstandæ sint Parochiæ, ad quam, non ex qua transitus est factus. Posteriorem hanc sententiam,

non quidem, ut *cit. Laiman cap. 4. n. 3.* indubitatam, sed tamen probabiliorē cenfeo.

Neque aliud persuadent *can. cit.* pro priori; cum enim regulariter in eadem Parochia Baptismus cæterique Sacramenta & Divina percipiuntur, eademque Ecclesia Baptismalis simul sit & Parochialis, ut patet ex *can. In sacris 59. q. cit.* in Jure nomine Baptismalis aut ejus, in qua Baptismus percipitur, plerumque non alia Ecclesia intelligitur, quàm Parochialis, ut rectè observat Laiman *cit. n. 3.*

De posterioribus sive Realiibus decimis distinguendi sunt quatuor casus. Primus, quò utraque, tam Parochialis quàm Baptismalis, Ecclesia ab antiquo habitibus limites distinctos; eò enim qualibet decimas percipit ex prædiis intra suos limites sitis, *citr.* Rebuffus *q. 6. n. 18.* & Valenti *§. 4. n. 11.*

Secundus, quò intra fines Parochialis, v.g. ob necessitatem infantum baptizandorum, erecta est nova Ecclesia Baptismalis, quin huic distincti limites sine assignatione Baptismalis, *can. Si qui laici Sc. 16. q. 1.* quia ista non censetur erecta cum incommodo & præjudicio prædictæ, *citr.* Rebuffus *n. 17.* & Moneta *cap. 7. n. 28.*

Tertius casus est, quò Ecclesia Baptismalis est Matrix, & Parochialis omniter erecta ipsi annexa, tanquam Filialis: quò casu decimæ pertinent ad prædictam, *citr.* Rebuffus *n. 19.* & Joan. Andr. apud Fagnanum *in c. Cum contingat cit. n. 56.*

Quartus, quò intra fines Ecclesiæ Baptismalis aut etiam Parochialis erecta est nova Parochia, quin tamen illa sit illius Filialis, aut in ejus erectione facta sit assignatio certorum limitum vel certæ portionis prædialium decimarum: quò casu

casu, licet aliqui existiment, decimas aliquas in Ecclesiam noviter erectam ipso Jure transire, verius tamen hoc negat Fagnanus l. cit. n. 42. ponderans verba Synodi Tridentinae Sess. 21. cap. 4. de Reform. afferentis, Parochiae noviter erectae competentem portionem ex fructibus Matricis, sive ejus, intra cujus fines erecta est, assignandam arbitrio Episcopi: Unde ejusmodi fructus sive decimas percipiendi Jus ad novam Parochiam non ipso Jure, sed primum per congruam portionis assignationem transire, infert Fagnanus; hanc illationem confirmans Card. Trident. Interpp. declaratione, cujus etiam meminit Barbosa cit. §. 2. n. 19. in fine; qui tamen n. 18. recte advertit & n. 19. à Rota decisum, asserit casu, quod in novae Parochiae erectionem & limitum assignationem Ecclesia Matrix consentiret, intra eos decimandi & alia Parochialis jura ab illa illi remissa censeri ita; ut noviter erecta super decimarum perceptione intentionem fundatam habeat adversus Matricem: quod etiam cit. Moneta n. 30. adnotavit.

Neque obstat; quod antiquae Ecclesiae propter erectionem novarum decimis privati prohibeantur, can. Ecclesia 45. & c. g. n. cit. quia, iste & similes textus hodie exaudiendi sunt de casu, quod Parochia non dividitur: vel, nisi nova, juxta dispositionem c. ad audientiam 3. de Eccles. adif. erecta sit ex justa & rationabili causa & accedente autoritate Episcopali, juxta Trident. cap. 4. cit.

70. Dixi supra, decimas deberi Parochiae, & non tantum Parocho; quia, quando Parochiales reditus in plura ejusdem Ecclesiae beneficia sunt divisi, decimae non solum ejus Rectori, sed aliis etiam clericis beneficiatis, ex officii sui obligatione Populo servientibus in spiritualium administratione, earum portiones singu-

lorum beneficiis respondentes sunt solvendae, cit. Suarez cap. 28. n. 9. & Pirrhing ad hanc Rubr. n. 3.

Neque his obstant primò c. Quoniam 13. verba, Parte tua, scilicet Episcopali, retentae; quia, licet juxta hunc & c. Conquerente 16. de Offic. Ord. textum Episcopo debeatur decimarum aliqua, scilicet quarta pars, c. De quarta 4. de Praescript. & c. Cum olim 19. de Consuetud. quam ipsi attribuendi ratio fuit; partim imitatio Legis Veteris, ex Levitarum decimis partem aliquam summis Sacerdotibus assignantis, Numer. cap. 18. v. 26. & c. 1. hanc Rubr. partim verò; quod ante divisionem Parochiarum decimae ab Episcopis inter Ecclesiae ministros, retentae sibi congrua portione, distributae sunt, can. Decimas & c. Quoniam cit. Licet, inquam, hoc ita sit, pars tamen illa post factam Parochiarum divisionem non immediate à Parochianis, sed ab ipsis Parochis exigebatur, aut de cumulo decimarum his obvenerentium deducebatur, ut in c. Quoniam cit. notant Panormit. & Gonzalez uterque n. 2.

Neque secundo c. Dudum 31. ex cuius decisione Episcopus super decimarum perceptione Jure communi fundatam habet intentionem; quia eò sermo est de decimis provenientibus ex praediis, sitis in Parochia Ecclesiae Cathedralis: respectu cujus proprius & immediatus Parochus cum sit ipse Episcopus, super perceptione decimarum ad eam spectantium Jure communi fundatam intentionem ipse non minus habet, quam respectu aliarum Parochi inferiores, Panormit. in c. Cum contingat 29. n. 7. & Barbosa in c. Dudum cit. n. 3.

Præterea Episcopo debentur Impri- 72. mis decimae omnium praediorum diocesanorum, in quibus nullae sunt Parochiae distinctae; cum enim tali casu tota diocesis sit

D d d

fis sit

- sis sit Parochia Episcopi, ad hunc spectabunt omnes decimæ prædiorum diocesanorum, *arg. can. Decimas, l. 6. g. 7. Glossa in c. fin. V. Prædiorum, de Paroch. Rebuffus q. cit. n. 9. & Barbosa cit. cap. 28. §. 2 n. 15.* Deinde decimæ fructuum provenientium ex prædiis, in diocesi quidem, sed intra nullius Parochiæ fines sitis, ut colligitur ex c. *Quoniam cit. & ibi* notant Panormit. n. 2. & Barbosa n. 2. Aliud esset, si de prædio inter duas Parochias sito dubium esset, ad quam spectet; tali enim casu decimas inter utriusque Parochos dividendas, & non Episcopo solvendas, cum *cit. Panormit. n. 3. notat Moneta cap. 7. n. 11.* Et demum Episcopo aliisque Prælati & clericis inferioribus, uti etiam Ecclesiis non-Parochialibus, etiam extra diocesan sitis, decimæ aliquando debentur jure speciali & ex causis latè declarandis *à n. 88.*
74. Sicut Episcopo & aliis clericis Secularibus, ita decimas percipiendi jus aliquando competit Monasteriis eorumque Prælati & Religiosis, quando scilicet Monasteriis unitæ sunt Parochiæ sive animarum cura onusque spiritualia populo ministrandi: vel ipsis conferuntur Parochiæ aliæque beneficia, annexam habentia curam animarum: vel decimas percipiendi jus privilegio, præscriptione aliisque modis infra declarandis obtinuerunt, Pirrhing *ad hanc Rubr. n. 83.*
75. Ulterius, sicut in Veteri Testamento Aaron, & alii summi Sacerdotes post ipsum, à Levitis, Numer. *cap. 18. v. 21.* sic in Novo à Papa saltem ex gravi, v. g. belli cum infidelibus aut aliis Ecclesiæ hostibus gerendi, vel alia simili causa decimas decimarum exigi ab omnibus clericis & ipsis etiam Episcopis posse, cum S. Thoma docet Lessius *Lib. 2. de J. & J. cap. 39. n. 28.* cum, sicut in Veteri Aaron ejusque successores Israëliti, sic etiam multoque magis in Novo Testamento ipse in spiritualibus præfideat regimini totius populi Christiani, Clement. *Papalis l. 2. de Re judic. & Extravag. Ex decimis 4. inter comm. de Elect. si que* suprema administrator omnium beneficiorum, honorum & jurium Ecclesiasticorum, *arg. can. Oportebat. 2. dist. 78. can. Non oportet 9. q. 3. c. Licet 2. de Præb. & dignit. in 6. & Clement. 1. Ur lite pend. & c.* Equi modi tamen decimarum præstationes in Ecclesia non sunt usitatæ: sed earum pars ex beneficiis majoribus primi aut decimi quinti anni fructus, aut istorum partem aliquam, Annatarum, Quindemiorum, vel alio simili nomine, exigere solet, juxta dicta *Lib. 3. Tit. 5. à n. 145.*
- Demum, decimandi jus, etiam Dilectum, in laicos privilegio saltem Apostolico cadere, indistinctè non nemo videt. Quàm verè, planum reddet assertio istius terminorum vera significatio & distinctio inter decimandi jus duplex. Unum Directum, fundatum in titulo spiritualis officii sive potestatis & obligationis Sacramenta cæteraque Divina fidelibus ministrandi, Alterum Indirectum & à titulo spiritualis officii abstractum, quod decimalium fructuum partem percipiendi facultas sine respectu ad spirituale ministerium obtinetur, Quorum posterius etiam laicis competere posse, communis est DD. sensus, & usus docet; cum ita acceptæ decimæ Hispaniæ, Galliarumque Regibus ob merita & beneficia in Ecclesiis collata, aut in subsidium ad bella ab eis contra Fidei hostes gesta aliquando à Summi Pontificibus sint concessæ: & aliis laicis etiam ab inferioribus Prælati locati, eorumque portio aliqua per modum stipendii temporalis pro obsequio Ecclesiæ exhibito ad tempus concedi aliquando solent, Rebuffus *de Decimis q. 10. Covar. leat, Rebuffus de Decimis q. 10. Covar. cit. Lib. 1. Var. cap. 17. n. 5. & Suarez cit. Lib.*

tit. Lib. 1. cap. 25. à n. 6. Prius autem & principale decimandi jus in laicos non cadere, D. Thomæ cit. 9. 89. art. 3. Pannormit. in c. *Quamvis* 17. n. 2. cit. Suarez cap. 25. n. 2. & aliorum DD. sententia certa ratiōque perspicua est; quia Sacramenta cateraque Divina ministrandi potestas & obligatio ex institutione Divina pendet à Sacramento Ordinis: quò cum laici careant, in obligatione & potestate illa fundatum illud decimandi jus ullà humanà, etiam Apostolicà, concessione in eos non cadit, secundum can. *Decimas* 16. 9. 1. & 7. c. *Ad hac* 15. & c. *Quamvis* cit. Principale, inquam; quia minus principale & fundatum in usu jurisdictionis spiritalis in foro Ecclesiæ externo aliòve simili ministerio, ab Ordine essentialiter non pendente, si à Papa laicis concederetur, eos non merè laicos, sed aliquò modo personas Ecclesiasticas censeri, advertit cit. Suarez n. 5.

ARTICULUS VI.

De Modis acquirendi
jus Decimas percipiendi.

SUMMARIUM.

79. Præcipuus est Collatio vel Unio beneficiorum curati.
80. Præterea decima acquiruntur I. Privilegiò Apostolicò.
81. II. Donatione laicorum, eas etiam injus, sed Lateranense Concilium antecedente titulò detinentium.
82. III. Venditione.
84. Non tamen ab Ecclesia laico factà.
85. IV. Permutatione.
86. V. Transactione & Compromissò.

87. VI. Infeudatione & Emphyteuticatione.
88. Laicis ab Episcopo &c. ante.
89. Post Concilium Lateranense à solo Papa factà.
90. Sibi in feudum datas laici transferre in alios possunt.
91. Nisi expressè prohibiti sint in concessione.
92. VII. Prescriptione.
93. Quà tamen non acquiruntur à laicis.
94. Licet ab ipsis percepta sint tempore immemoriali.
95. Earumque perceptio licitè continetur.
96. Donec de vitioso initio constet.
97. Decimas laici etiam contra laicos non prescribunt.
98. Nisi in hos irrevocabiliter sint translata.
99. Ad Ecclesiam tamen reverse in alios laicos nequeunt transferri.

P Ræcipuus, & Juri primæque Decimarum institutioni maximè consentaneus decimas acquirendi modus est Canonica affectio Ecclesiæ Cathedralis, & præsertim Parochialis: eique similis Ecclesiæ vel beneficii cum alia Ecclesia, Monasterio, dignitate &c. unio, c. *Exposuisti* 33. de *Præb. & dignit.*

Præter quos modos acquiri Decimas percipiendi jus potest Primò privilegiò sedis Apostolicæ: vi cujus jus illud non solum Ecclesiis non curatis, Monasteriis aliisque locis & personis Ecclesiasticis, sed laicis quoque competere potest juxta, dicta n. 77.

Secundò Donatione laicorum cum consensu Episcopi, c. *Cum Apostolica* 7. de *lit. qua à Prælat.* non solum eas justò & validò titulò possidentium; cum à talibus posses-

D d d 2

bus possessoribus per donationem, in quem voluerint, locum Religiosum, liberè, & Episcopi consensu non accedente, valeant transferri, ut cum Soto *Lib. 9. de Justit. q. 4. art. 3.* & aliis notat Barbosa in *c. cit. n. 6.* sed, ut iste advertit, etiam §2. injustè eas detinentium. Qua in re tamen multum interest, an decimæ ita detineri cæperint ante, vel post Concilium Lateranense, *c. Prohibemus 19.* relatum; cum primùm post Concilium hoc injustè detentæ restituendæ sint Ecclesiæ, cum ejus injuria & damno detinentur; & istam suo jure privare Episcopus nusquam permittatur; quia *c. Cùm Apostolica cit. Innocentius III.* agit de decimis ante Concilium illud laicis in feudum concessis, ad easque suam dispositionem restringit, Suarez *Tract. 2. de Relig. lib. 1. cap. 26. n. 13. in fine* Decimæ verò, quas contra Urbani II. *can. Decimas, 16. q. 7. & Feud. Lib. 1. cap. 6.* relata & Lateranensi antiquiorem dispositionem Prælati inferiores laicis concesserunt, ab his, licet earum detentoribus injustis, si ad eas Ecclesiis, ad quas spectant, restituendas induci fortè nequeant, per donationem in alium locum Religiosum cum Episcopi consensu transferri (vel potius hujusmodi locus eas recipere) permittuntur *c. Cùm Apostolica cit.*

Quod autem istius textus dispositio decimas injustè possessas concernat, *cit. Suarez n. 11.* eruditè desumit Imprimis ex verbo *Detinere*, quod non, ut verbum *Possidere*, ad jus, sed ad factum refertur, *l. Possessio 49. ff. de Acquir. possess. Rebuffus de Decimis q. 101. n. 24.* Dein; quòd *c. cit.* allegatus S. Hieronymus expressè loquatur de *Decimis à laicis malè detentis*; & tamen, eas in alium locum Religiosum transferri posse, asserat, eumque Innocentius sequatur. Et demum ex eo; quòd Papa ille laicum decimarum detentorem moneri jubeat, *ut eas restituat Ecclesiæ, ad quam spectant*; & si ad hoc fortè nequeat induci, tum demum alio loco assignari, vel potius assignatas ab illo cum consensu Episcopi acceptari permittat, cujus ratio reddita est *Tit. 10. n. 11.*

Tertiò Venditione: quæ à spirituali titulo præcisum & merè temporale jus sive decimales fructus percipienti facultatem, ex justa causa & adhibitis solemnitatibus, ab una Ecclesiâ in aliam transferri posse, omnes facile concedunt; quòd in spectatum temporalem recipiat actionem, Nonetiam in laicos; cum in Ecclesiarum Prælati, illas his vendere volentibus, vehementer oblat *Constitutio Lateranense c. Prohibemus cit. Turonensis can. Decimas cit.* uti & *Constitutiones Apostolicæ, c. Ad hæc 13. c. Quædam 10. &c.* ut quis non immeritò miretur, quòmodo decimæ venditione, aliove simili contractu ab Ecclesiarum Prælati & Doctoribus in laicos sine scrupulo transferantur, cum ea ipsorum facultas neque in sacrorum Canonum ignorantiam; quæ hæc ipsis probrosa: neque in Consuetudinem refundi possit; cum enim ex illa consuetudine indemnitate Ecclesiarum, illis onerosa & damnosa; ac proinde irritabilis esset consuetudo, quæ illis ferèrissimè prohibitam decimarum in laicos translationem permittit, per text. & *DD. in c. 1. de Consecr.*

Quartò, Permutatione decimarum unius Ecclesiæ cum decimis alterius, *ad quaestiones 6. de Res. permur.* ad cuius regimen valorem, præter justâ causam, exiguntur solemnitates, proditæ *can. Sine extirpatione, 12. q. 2. c. 1. & Tit. 8. de Res. qua à Permutatione, c. Nulli 5. de Res. Eccles. alienat. & Novell. 7. cap. 1. V. Alienationis.* Cavendum insuper; ne juris decimarum directi & spirituali titulo annexi permutatio fiat

tio fiat interveniente aliquo temporali ; quia ita facta Simoniacae foret , Glossa in c. cit. *V. Temporalia* , Rebuffus *cit. q. 10. n. 17.* & *Moneta de Decimis cap. 5. n. 137.*

86. Quinto, iisdem solemnitatibus prævisis, factâ Transactione seu amicabili Compositione, c. *Statuimus 2. & c. Veniens 8. de Transact.* ubi hac de re actum à n. 31. & Compromisso in unum vel plures arbitros, c. *Ad Apostolica cit. pr. junctio c. 1. & de Arbitr. Laiman Lib. 4. tract. 6. cap. 6. n. 1.*

87. Sexto Infeudatione : cujus tamen (eique affinis Emphyteusos) beneficiò post Alexandrû III. c. *Adhuc, & c. Quamvis cit.* sub eoque anno Christi 1179. celebratum Concilium Lateranense, c. *Prohibemus 19.* relatum : imò jam ab Urbani II. & Concilii Turonensis, *can. Decimas & cap. 6. cit.* relati & annò 1096. celebrati, tempore decimæ laicis in feudum concedi à solo Papa possunt : ea-

88. rùmque ab inferiore Prælate quocunque laicis factæ concessionem ipsò Jure irritæ sunt : etsi ab iis ante posterius hoc Concilium sine Apostolico consensu factæ pro validis habeantur, *cit. cap. 6. verbis ; Quod autem antè datum fuerit, firmiter permanere debet.* Ratio Apostolicarum & Conciliarium prohibitionum gravissima : sed non ea fuit ; quòd decimæ jus spirituale istiusque laici fiat incapaces, ut aliqui malè arguunt ; quia hoc modò acceptæ & in spiritualis officii titulo fundatæ ante illos summos Pontifices & Concilia non perpetuâ duntaxat, sed temporaneâ quoque concessione in laicos transferri nunquam potuerunt : 89. sed ; quòd decimas per infeudationem aut aliam similem viam in laicos transferendi facultas Ecclesiis valde damnosa esset, propter abusum & prodigalitatem Prælatorum in iis concedendis ; Suarez

cit. cap. 26. n. 6. Palao Tract. 10. diff. unica, p. 9. n. 6. & Pirrhing ad hanc Rubric. n. 141. Qua ratione decimas, etiam à spirituali titulo præcisas, sicut Infeudatione eique affini contractu Emphyteutico, sic etiam Donatione, Venditione, Permutatione & quavis alia ratione ab Ecclesiis, Monasteriis cæterisque sacris & Religiosis locis perpetuò in laicos transferri absque sedis Apostolicæ autoritate non posse, evincitur, & cum Glossa in c. *Quamvis cit. V. Concesserit, Suarez cap. 25. n. 9. & Pirrhing cit. n. 141.* observant. Quod vel maximè verum est post editam à Paulo II. *Extravag. Ambitiose, de Reb. Eccles. alien.* quæ non decimarum duntaxat, sed generaliter omnium rerum immobilium hîsque æquivalentium & ad Ecclesias pertinentium, in laicos & in alios etiam alienatio quæcunque, non perpetua solum, ut c. *Nulli 5. eadem Rubr. & c. Vestra 2. de Locato*, vel ad longû sive quodcunque decennio majus tempus, ut *Clement. 1. junctâ Glossâ V. Modicam, de Reb. Eccles. alien.* sed etiam ultra triennium extensa earum locatio prohibita est & irritata, ut *Tit. 13. n. 99. & Tit. 18. à n. 7.* plenius est explicatum.

Dubium & controversia est, an laicus decimas Canonice, hoc est, ante Lateranense atque etiam Turonense Concilia ab Episcopo, Abbate &c. vel postea à Papa in feudum acceptas in alios etiam laicos valeat transferre. Quod cum Panormit. in c. *Prohibemus cit. n. 4.* negant Rebuffus *cit. q. 10. n. 26.* & Petr. Barbosa in l. *Titia 46. ff. Solutio matrim. n. 54.* quòd earum in hos translatio prohibita disertè sit c. *Adhuc & c. Prohibemus cit.* Accedit ratio ; quia, si earum in alios translatio esset permissa laico vasallo, iste Sedis Apostolicæ vel etiam Prælatorum inferiorum, Conciliis illis antiquioribus

ri beneficiò in feudum acceptas & iustè possessas decimas alteri laico subinfeudare possit, maximò præjudiciò Ecclesiæ; cum ita subinfeudatæ decimæ difficultè ad eam reverterentur; quia, vasallo committente Feloniam, eoque & descendenti- bus masculis omnibus mortuis decimæ non reverterentur ad Ecclesiam: sed pe- nes subvasallum remaneret: si iste Ec- clesiæ ex tali infeudatione debita servitia paratus esset exhibere, Feud. *Lib. 2. Tit. 9. V. Si verò.*

Verum *cc. cit.*, utroque sermo est de Decimis, quas laici contra Concilii Turonensis prohibitionem acceptas, ac proinde injustè, detinent, ut probè ad- vertit Suarez *cit. cap. 26. n. 7.* Unde hic Doctor, eumque secutus Laiman *cit. cap. 6. n. 6.* cum Glossa in *c. Prohibemus cit. V. Laicos*, Felino in *c. Qua in Ec- clesiarum 7. de Constit. n. 69.* Sylvestro *V. Decima, q. 10. d. 3.* & aliis ab ejus- modi laico decimas per successionem hæ- reditariam instar alterius feudi in filios aliòsque descendentes, juxta Feudi institutio- nem, transmitti docent.

Plus, quàm *cc. cit.* textus diffi- cultatis habet contra hujusmodi decima- rum in alios translationem allata ratio propter DD. de eiusmodi Subinfeudatio- ne disensionem, apud Clarum §. *Feu- dum, q. 32. n. 5.* Quidam enim, §. *Si ve- rò cit.* Fori usu receptum, negant, ejus- que dispositione non obstante, masculo- rum à vasallo descendentiæ ultimi mor- te feudum domino directo aperiri, volunt, secundum Jus commune: cujus quasi Re- gula est, resolutò jure dantis resolvi e- tiam jus accipientis sive ejus, cui est da- tum, *l. Lex 31. pr. ff. de Pignori. & l. Peto 69. §. 1. ff. de Legat. 2.* Alii, §. *cit.* locum esse, volunt in feudis solum Se- cularibus: non etiam in Ecclesiasticis, præsertim decimarum; quòd istarum in

Feudum concessio juris sit stricte iuris si in earum infeudatione expressum non est, subinfeudari sine Prælato consenti- nequeant, & à vasallo descendentiæ ul- timi morte ad Ecclesiam revertantur. Alii demum cum Glossa aliisque DD. *cc. cit.* Ecclesiastica etiam decimarum feudum, nonicè obtenta, à vasallo laico, in eorum concessione expressè non prohibito, sub- infeudari saltem Episcopi consensu accedente posse, concedunt, cum; quòd secundum naturam feudi, id permittenti- concessæ videantur: tum verò; quòd, cum decimæ infeudatæ non sint sub Ec- clesiæ dominio Utili; sed tantum Directæ, per utilis domini translationem in alios res ipsius Ecclesiæ alienari non videantur.

Quin, decimas, per vasalli sine de- scendentibus defuncti mortem Ecclesiæ quidem apertas, sed nondum incorpo- ratas, ab ejus Prælato ex iusta causa ad feudum alteri concedi sine tolerantiis posse, satis probabiliter existimant *cc. cit.* Suarez *n. 9.* & Laiman *n. 6.* propter res- tum *c. fm. de Feudis*: quò rerum ad Ec- clesiam revertarum nova infeudatio Pra- latis, etiam juramentò de rebus Ecclesiæ non alienandis & in feudum non con- cediendis præstitò adstrictis, generaliter ab- struitur; quòd eorum juramentò talis iste non comprehendatur. *Ex ipso, in- quam, causa;* quia, si nova decimarum infeudatio (ut post Lateranense, imò Turonense Concilium, juxta dicta *Tit. 20. n. 33.*) Ecclesiæ damnosa aut minus quàm olim utilis foret; quòd olim de- cretæ concessions causa, rerum istarum tem- pore mutato, cessarit, iterata quo- rumcunque rerum Ecclesiasticarum & om- nium maximè decimarum infeudatio à Prælato sine consensu Apollolico permitti- sa non esset.

Septimò Præscriptio: quòd tamèn ab Ecclesiis aliisque locis & personis Ec- clesiæ

clericalibus non eodem semper temporis spatio decimæ acquiruntur; cum ab istis perinde, ut aliæ res immobiles, adversus privatum quemcumque præsentem decem, absentem viginti cum titulo, sine illo triginta annorum spatio præscribantur, *l. Distina 4. § l. fin. C. de Longi temp. prescript.* Quando autem earum præscriptio procedit contra Ecclesiam, multum interest, an ista Parochialis & prædia seu fundi, ex quibus decimæ proveniunt, intra ipsius fines siti sint vel non; quamvis enim adversus aliam quamcumque, Romanâ inferiori & specialiter non privilegiatam, Ecclesiam quadragenariæ sine titulo, *Auth. Quas actiones C. de SS. Eccles. C. de quarta 4. c. ad aures 6. § c. illud 8. pr. de Prescript.* adversus Parochialem tamen Ecclesiam, intra ejus fines producuntur, non nisi quadragenariæ titulõ munitæ, vel immemorialis temporis præscriptioni est locus, *c. 1. eadem Rubric. in 6.* Ratio est; quia quoad decimarum perceptionem jus commune Parocho sive Ecclesiæ Parochiali specialiter afficit: extraneis autem, tam locis quam personis etiam Ecclesiasticis, eas adversus Ecclesiam Parochialem præscribentibus resistit, *can. Ecclesias 13. q. 1. can. Si quis laicus 44. § c. 16. q. 1. c. fin. de Paroch. c. Cum contingat 29. hic § c. Ad Decimas 2. de Rescript. spoliar. in 6. § c. 1. de Prescript. in 6.* cuiusmodi Juris communis resistentia aut aliunde orta malæ fidei præsumptio cum præscribenti adversatur & deficit titulus, non sufficit quadragenariæ, sed necessaria est possessio tanti temporis, cuius initii memoria non existit, *c. 1. cit. Panormit. in c. Si diligenti 17. de Prescript. in 20. Covarr. Lib. 1. Var. cap. 17. n. 7. Molina Tract. 2. de 1. & 1. disp. 75. n. 1. & Laiman Lib. 3. Tract. 1. cap. 8. n. 14.*

Dubium est, an decimæ præscribi etiam valeant à laicis. Quod concordibus calculis DD. negant, & clarè decimæ est *c. Causam 7. de Prescript.* cuius tenor est, *Cum laici decimas detinere seu possidere (Civiliter & Juridicè, secundum Glossam ibi V. Detinere) non possint, eas nulla valent prescribere ratione, etiam tempore longissimò & omnino immemoriali, Panormit. in c. cit. n. 2. § 3. Felinus ibid. n. 2. cit. Rebuffus q. 13. à n. 67. Covarruvias cit. cap. 17. n. 5. Balbus de Prescript. p. 1. pr. p. 4. q. 7. n. 57. & Gilcken similis Tract. p. 3. cap. 8. à n. 16.* Ratio reddi solet; quòd decimæ sint jus spirituale aut huic annexum; ac proinde in laicos non cadat earum possessio: sine qua nulla, quantuncumque temporis, præscriptio procedit, per *l. Sine possessione 25. ff. de Usucap. eique consonam Reg. 3. in 6.*

Sed, licet hac ratione legitime concludatur, eâ tamen plus non evincitur, quam laicorum præscriptioni obnoxium non esse decimandi jus Directum, fundatum in spirituali titulo, seu potestate & obligatione Sacramenta cæteraque Divina ministrandi: quæ non sola, nec principalis decisio est *c. Causam cit.* cum verisimile non sit, in ejus casu Nobilem laicum pro jure decimandi, fundato in titulo, in ipsum apertè non cadente, egisse: sed jus duntaxat ab ejusmodi titulo abstractum sive decimales fructus percipiendi facultatem merè temporalem, quasi præscriptam sibi adjudicari postulasse, ut præter alios rectè observat *citr. Suarez cap. 27. n. 1. Laiman cap. 6. n. 8. Barbosa in c. Causam cit. n. 2. Zæsius ad hanc Rubr. n. 51. & Pirrhing ibid. n. 42.* qui propterea, *c. cit.* decisionem etiam de jure decimandi à titulo spirituali separato, & fructus solos percipiendi facultate procedere, docent cum Beroio *Con-*

fil. 21. n. 28. Gutierrez Lib. I. *Præflic.* 9. 16. *pr. & cit.* Gilcken, omnium DD. hunc sensum esse, asserente *cap. 8. n. 17.* ex ratione; quod, sicut liberi hominis possessio involvit titulum Conjugii, Professionis Religiosæ vel Servitutis, *arg. l. Qui universos 30. §. 1. ff. de Acquir. poss. sss.* sic etiam decimarum possessio in laico involvat titulum Proprietatis, *Glossa in c. Ex parte 14. V. Commodo, de Restit. Spoliat. & Panormit. in c. In literis 5. eadem Rubr n. 24.* cujus post Concilium Lateranense *c. Causam & c. Prohibemus cit.* Imò post Turonense *can. Decimas c. Adhuc & c. Quamvis cit.* Laici sine privilegio Apostolico sunt incapaces. Confirmatur; quia præscriptio, eò ipsò; quod sit beneficium & inventum Juris Humani, locus non est in rebus, quas Leges aut sacri Canonès ei obnoxias esse, nolunt; quia *Ubi lex inhibet Uscapionem, bona fides possidentis nihil prodest*, Regula est *l. Ubi lex 24. ff. de Uscap.* quoad decimarum autem præscriptionem laicis *Jus c. Causam cit.* apertè resistit. Unde

94. Planè corruit, quod pro laicis afferri solet, argumentum; quod scilicet immemorialis temporis præscriptio privilegio Apostolico æquiparetur, *c. Super 26. de V. S. & l. fin. ff. de Aqua pluvia arc.* ut ea, quæ Principis privilegio, etiam consuetudine & præscriptione immemoriali acquiri posse, Regula instar sit, ac tradatur ab Innocentio *in c. Novit 13. de Judicium & Felino in c. Cum contingat 13. de Foro compet. n. 4.* eaque probatà meliorem titulal legari non posse, asserat Gonzalez *in Reg. 8. Cancell. gloss. 33. n. 4.* & alii apud Barbosam *in c. Super cit. n. 7.* Quia, juxta dicta Lib. I. Tit. 4. n. 47. ab hac Regula excipiendi sunt casus, quibus præscribens sine Principis privilegio capax non est possessionis,

vel Præscriptioni & Consuetudini Jus resistit: ut de ea, quæ decimandi Jus laici acquiritur; jam est dictum. Unde

Aliud & maximi in praxi momenti dubium nascitur, an ergo damnandi sunt laici, decimas percipientes: quandoque eas infeudatione facta ante Turonense, vel post hoc & Lateranense Concilium indultò Apostolico obtentas, non continet. In quo benigna & à modernis DD. laici recepta est sententia *cit.* Suarez n. 4. Laïman n. 9. eos non damnatum, si decimæ ab ipsis eorumque Majoribus perceptæ sint tempore immemoriali; quod, licet immemoriali tempore & bona fide continuata detentio eis non tribuat titulum & Jus decimandi, tamen præsumptionem tituli Canonici hoc est, privilegii Apostolici allegantur obtenti, vel ante Concilia illa ipsi facta infeudationis. Quæ præsumptio, licet non transferat decimarum quædam proprietatem: & propter hoc casu, quò Instrumentum illegitimum dicitur concessiones reperiretur, laicis decimas Ecclesiæ restituere tenerent, *c. Causam cit.* ejus tamen beneficium decimarum detentionem justè continere utroque Foro censetur, donec reperitur Instrumentò aliève, ratione eas illegitime obtinuisse convincatur; quia, ut *l. fin. cit.* dicitur, *Quibus auctoritatem concessas dat, tuendi sunt, licet Jus non probetur.* Quod ulterius confirmatur, quia cum præsumptione generali etiam in Foro animæ quilibet esse bonus censetur, nisi malus esse probetur, *c. fin. de Præsumpt. & l. Meritò §. 1. ff. pro Satis, de decimatores etiam laici, eorumque majorum concessiones titulo esse decimas Canonice concessiones titulo esse decimas tunc potius, quam vi dolove occupatas, & injustè usurpasse præsumuntur, ut etiam arguit laudatus Suarez n. 5. & dictum Lib. I. tit. 4. à n. 51.*

Dubium

97. Dubium non minus practicum est tertio, an laici decimas praescribere etiam contra laicos non possint. Non posse, evincere videtur defectus possessionis necessariae ad omnem praescriptionem. *l. & Reg. Sine possessione cit.* Nihilominus ex communi DD. sententia locus est distinctioni; vel enim decimae in laicos canonice & non solum ad tempus, sed perpetuo & omnino irrevocabiliter aliquando translatae sunt, vel non? Si posterius hoc, eas etiam contra laicos praescribi non posse, omnino evincit defectus possessionis. Si prius, eas contra hos praescribi posse, cum Felino in *c. Causam cit. n. 4.* verius defendunt Gutierrez *Lib. 1. Practic. q. 15. n. 7.* Moneta *de Decimis, cap. 5. n. 118.* Barbosa in *c. Causam cit. n. 5.* Zaccius *ad hanc Rubr. n. 52.* & Engel *ibid. §. 2. n. 20.* Ratio est partim; quod per huiusmodi concessionem a spiritualis officii titulo omnino avulsae & decimarum proprie acceptarum naturae amissae, rebus laicorum patrimonialibus accessisse videantur: partim vero; quod hoc casu earum praescriptio nullum aut vix ullum praedictum afferat Ecclesiae: ad quas, quia non facilius quam aliae laicorum res & bona rediturae sunt, parum refert, an apud hunc vel alium laicum existant. Quae causa est, cur hoc casu a laicis possideri posse videantur; cum mutata natura bonis laicorum patrimonialibus ac prophanis accenseantur, ut notat Barbosa in *c. Statuto 2. in 6. n. 12.* Unde

de ipsis perinde, ut de aliis bonis propriis disponere valebunt, Gutierrez *cit. q. 15. n. 7.* & Barbosa in *c. Prohibemus cit. n. 7.*

99. Casu tamen, quod ejusmodi decimae laicorum donatione aut alia via ad Ecclesiam reversae, eisque incorporatae sunt, ab istius Praelato in laicos perinde, ut aliae a titulo spirituali & Ecclesiae in laicos nunquam translatae, transferri sine Sedis Apostolicae auctoritate amplius non possunt; quod primariam naturam reassumant: & propterea earum in laicos alienationi obstat prohibitio Conciliorum Turonensis ac Lateranensis, *can. Decimas & c. Prohibemus cit. & Extravag. Ambrosiae, de Reb. Eccles. alien.* Ita Oldradus *Consil. 92. n. 2.* & ferè quotquot, decimas a valallo mortuo ad Ecclesiam reversas denuo infeudari a Praelatis non posse, docent cum Covarruvia *cit. cap. 17. n. 5.* Menochio *Lib. 6. Praesumpt. 86. n. 3.* & Fachineo *Controvers. Lib. 7. cap. 72.* ad mentem S. Ludovici, qui omnes decimas ad Ecclesiam reversas amortizari, lege Regia declaravit 1277. apud Rebuffum *cit. q. 10. n. 54.*

ARTICULUS VII.
De Decimis Novallium,
SUMMARIUM.

- 100. *Novalis nomen late & improprie;*
 - 101. *Proprie & strictè,*
 - 102. *Et strictissime sumi potest;*
 - 103. *Et ita solet in Privilegiis, Regulares eximentibus a solutione decimarum.*
 - 104. *Late sumptum Novale non variat jus decimarum.*
- E e e 105. Ha

105. *Has ex propriè sumpto Novale percipit Parochus :*
 106. *Non tamen ab exemptis ab earum solutione ex propriis pradiis.*
 107. *Parocho debentur decima Novallium, licet veteres ex privilegio laici,*
 108. *Imò etiam Monasteria percipiant :*
 109. *Nisi his parochia sint unita.*
 110. *Prescriptio decimarum, ex Novallibus provenientes non comprehendit :*
 111. *Nonnulli casibus exceptis.*
 112. *Qua in re varia, & servanda est locorum Consuetudo.*

100. **N**ovale nomen non eandem semper in Jure, & usu etiam, significationem habet, *c. Quid per Novale 21. de V. S.* aliquando enim, sed latè & impropriè, fundum cultum quidem, sed jam alios, quàm antè dederat, fructus proferentem : ut si ex prato ager, ex horto vinea fiat, vel piscina unò alteròve annò conseratur : vel terram proficissam, quæ annò cessavit, *l. Sylva 30. §. 2. ff. de V. S.* Aliquando, strictiùs & propriè significat *Agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, vel sulcus aut aliud indicium, quòd aliquando cultus fuerit, ut dicitur c. cit.* sive terra aut fundus, qui, cum priùs esset omnino sterilis, humana industrià redactus est ad culturam, *vg. si excisa sylvæ, arborum stipitibus & radicibus evulsis, dumetis ac sentibus extirpatis vel exultis, vel locus palustris exsiccat in agri aut vineæ formam sit redactus, l. §. fin. ff. de Termino mo.*
 101. **ro.** Demum aliquando Novale accipitur strictiùs pro fundo ab hominum memoria inculto, & ad culturam redacto, ex quo Ecclesia Parochialis nullos aut valde exiguos fructus decimarum

nomine percipit, *c. cit.*
 Postremò hòc modò Novale accipitur in privilegiis Apostolicis, quibus decimis ex Novallibus solvendis immunitas concessa est locis Religiosis, secusdum decisionem *c. cit.* cum, si ex sylvæ vel loco pascuo, ab hominum memoria non culto, Ecclesia Parochialis socialis æstimationis proventus decimarum nomine percipisset, ex eo postea in agrum aut vineam redacto decimæ solvendæ à Religioso loco sint, non obstantè privilegio, ipsum à solvendis Novallis decimis eximente; quòd privilegium accipiendum sit; ut eò Parochia non immiù præjudicetur, ut in *2. c. cit.* novat Hostien. *in fine* & Panormit. *n. 2.*

Primò autem modò sumpta Novallia pro talibus in materia & jure decimarum non habentur; ideòque seclusà consuetudine & conventionè is, qui decimas ex aliquo fundo de fœno & frumento percipit, de vino ex vitibus in eo plantato postea collectorum, eas percipere debet, *c. Commissum 4. ubi Panormit. n. 1. Rebuffus de Decimis q. 6. n. 33. Grotierrez Q. Canon. Lib. 2. cap. 21. n. 17. & Barbola in c. cit. n. 4.* Ratio est partim; quia, licet ita materet terra qualitas & usus seu cultus, quoad substantiam tamen immutata & eadem est, quæ ad decimas ex fructibus, non certè generis, sed quibuscunque ex ea colligendis, solvendas fuit obligata, *c. cit. & c. in tua 30.* partim verò; quia, si qualitate seu usu terræ mutato de novo genere fructuum, novò ejus cultu productorum, decimæ solvendæ non essent præstatorum, in illius domini vel possessoris potestate foret, istum jure in ea quæsito pro suæ voluntatis arbitrio privatè, contra *Reg. Id quod nostrum est 11. ff. de R. l. cum terræ ulum cultumque pro li-*

aliter mutare & ex prato agrum, ex isto vineam vel hortum facere, Ecclesiam vel alio, cui fundus ad decimas obligatus est, non requisitò, possit, ut probè observant *cit.* Panormit. n. 2. Rebuffus n. 35. & Azor p. 1. *Instit. lib. 7. cap. 24. q. 10.*

105. Ex secundò modò & propriè acceptis Novalibus provenientes decimæ, Jure communi spectato, præstandæ sunt Parocho vel Ecclesie Parochiali, intra cujus fines illa exurgunt, & *Quoniam* 13. *Et c. Cùm contingat* 29. quia sunt Reales sive prædiales; cùm sint onus ipsius terræ seu fundi. Si Novalia exurgerent in loco, intra diocesim quidem, sed intra nullius Parochie fines sito, ex ipsis decimæ solvendæ essent Episcopo, juxta dicta n.

73. Unde
106. Dubium oritur primò, an Parocho vel Episcopo Novalium decimæ etiam debeantur à Religiosis, qui ab iis de propriis prædiis & fundis, quos propriis manibus vel sumptibus colunt, solvendis sunt exempti. Affirmant *id. cit.* Rebuffus q. 14. n. 29. & Gutierrez cap. 21. n. 131. quòd, cùm hujusmodi privilegium tendat in præjudicium Ecclesie Parochialis, accipiendum sit strictè, & ad Novalia non extendendum. Sed hac in re, sicut extensioni nullus locus, sic eà opus non est; ut Religiosos ejusmodi privilegio à Novalium decimis exemptos asseramus; cùm enim Novalia etiam propria prædia, sive istorum pars & fundi sint, eò ipsò; quòd propriis manibus seu sumptibus excolantur, ut ea privilegium afficiat, nullà opus est extensione; quòd verbis ejus propriè acceptis sint comprehensa, ut non obscure insinuat *o. Ad audiendam* 12. ex cujus decisione Cisterciensibus indultum privilegium, ne de laboribus, quos propriis manibus & sumptibus excolunt, aliquis decimas ab ipsis exigat, Novalium & alias decimas

omnes comprehendit. Cujus ratio ulterior est; quia in concessione, facta per verba generalia & indefinita, comprehenduntur omnes species & partes, quas eorum propria significatio includit, *arg. l. 1. §. 3. ff. de Aleatoribus*, duo Barbosa, Petrus in l. *Quia tale* 13. ff. *Solutio maritim.* n. 37. Augustinus in c. *cit.* n. 4. Ita Panormit. in c. *cit.* num. 1. Decius *Consl.* 113. n. 6. Suarez *Tract. 2. de Relig. lib. 1. cap. 19. n. 4. & 17.* & Zælius *ad hanc Rubr. n. 58.*

Dubium secundò est, an Novalium decimæ Parocho etiam debeantur, quando decimas, intra ejus Parochie fines provenientes, ex privilegio percipit alia Ecclesia vel Monasterium. Qua in re ante omnia præ oculis habendus est privilegii tenor & mens Papæ id concedentis. In dubio de concedentis mente, ipsis etiam Novalium decimæ adstrui videntur ab Innocentio III, cujus ad Monasterii S. Columbæ, privilegio Apostolicò decimas in certis Parochiis obtinentis, Abbatem rescriptum est, *Cùm tibi, quòd majus est, sit concessum, ut videlicet decimas de laboribus terræ Parochiarum tuarum cum integritate percipias, de Novalibus eas percipere satis potes; quia, ubi majus conceditur, minus concessum videtur.*

Nihilominus cum Rebuffo q. 14. n. 108. 29. Covarruvia *Lib. 1. Var. cap. 17. n. 13.* Gutierrez *cit. cap. 21. n. 120. & cit.* Suarez *cap. 23. n. 6.* ejusmodi privilegio, etiam Ecclesiis extraneis & Monasteriis concessò, Novalium decimas comprehendit, communis DD. sententia & meritò negat, propter textum c. *Statutò* 2. in 6. cujus pr. & §. *Statuimus*, Alexander IV. Privilegium percipiendi decimas Novalium (aliis, quàm Cisterciensibus & Carthusianis indultum) pro ea parte, quæ veteres ex indulto Apostolicò (decimas

¶ ¶ ¶ ¶

Novalium

Novalium utique nondum tribuente; cum, si has quoque tribueret, minimè necessaria, imò frustranea esset imploratio alterius privilegii super decimis Novalium) concessæ eos contingunt, ultra istarum medietatem non extendi, declarat: etiamsi tempore impetrationis istæ sive veteres decimæ ultra medietatem, imò totaliter perciperentur. Rationem reddit; quòd verisimile non sit, Sedem Apostolicam, si de veterum plena vel majori perceptione informata fuisset, eas in Parochialium Ecclesiarum præjudicium totas vel ultra dimidiam partem fuisse concessuram. Unde indubitè inferitur, privilegio percipiendi decimas intra alienæ Parochiæ fines, extraneis Ecclesiis & Religiosis simpliciter concessò, Novalium decimas, si earum mentio non fiat, concessas non intelligi. Ratio est; quia hujusmodi privilegia, sicut laicis, sic etiam Religiosis & Ecclesiis concessa, tanquam odiosa, restringenda sunt; cum cedant in præjudicium Ecclesiarum Parochialium, super decimis, ex prædiis ac fundis intra earum fines sitis provenientibus, intentionem fundatam habentium in Jure communi.

109 Neque huic decisioni adversatur *e. Ex parte cit.* relatum Innocentii rescriptum; quia eò declaratum decimas percipiendi privilegium Juri communi consonum potius quàm contrarium fuit; cum fuerit de decimis Parochiarum, S. Columbæ Monasterio per unionem incorporatarum, ut *e. cit.* clarè insinuat verbis, *Parochiarum tuarum*: & decimas ex prædiis intra earum fines sitis percipiendi jus, quòd ex Episcopi assignatione non Canonica Ecclesiæ extraneæ Canonici fruebantur, Monasterio restitutum fuerit concessione Apostolicâ: cuius interpretationem reddens Innocenti⁹, eâ Novalium quoque decimas recupera-

tas; ac proinde specialem istarum impetrationem minimè necessariam esse, rescriptit *e. Ex parte cit.* quòd Novalium decimæ Jure communi pertineant ad Ecclesias Parochiales: quæ ratio redditur à ipso Papa in *e. cit.* plenè lectione à *cit. Buffo n. 8.* relata & *e. Cùm contingat* unde idem declaratur, ut cum *cit. Suarez n. 6. & 7.* notat Barbosa in *e. cit. n. 6.*

Neque hac in re paritas est cum privilegio decimas ex propriis prædiis non solvendi, ad decimas Novalium extendente; quia hoc spectat à vi verborum magis universale est propter abolitionem negationem, quam includit; ut ad Novalium decimas comprehendat potius, quàm ad eas extendatur, Suarez l. 10. & Pirrhing ad hanc Rubr. n. 104.

Multò minus quàm vi privilegii Novalium decimas, in aliena Parochia emergentes, percipit Ecclesia vel Monasterium, in quod veteres decimæ translata sunt donatione laicorum, *e. Sancto cit. §. 1.* etiamsi isti eas possederint iuste; cum tamen decimas Novalium non perciperent laici vi infeudationis vel privilegii Apostolici; quòd his in dubio præteritis duntaxat seu veteres decimæ concessæ cessantur, has etiam solas in Ecclesiam vel Monasterium transtulerunt; cum necesse plus juris transferre valeat in alium, quàm ipsi competeat, Reg. Nov. 99. in 6. Vivianus in §. cit. Moneta de Decimis cap. 4. n. 75. & Barbosa in *e. cit. n. 16.*

Dubium tertio est, an Novalium decimas in aliena parochia percipiat, qui in ea decimas præscripsit. In quo Negativa regulariter verissima & *e. Cùm contingat* 29. decisa est, secundum eorum Summam & sensum apud Interpp. receptum. Ratio clara est; quia, cum sine possessione vel quasi præscriptio non procedat,

procedat, Reg. 3. in 6. & ista stricta sit interpretationis, plus præscriptum non censetur, quam possessum fuit: decimæ autem ex Novalibus recens exurgentibus provenientes ab eo, qui veteres præscripsit, nunquam fuere possessæ, Panorm. in c. cit. n. 9. cit. Rebuffus g. 14. n. 9. Covarruvias cap. 17. n. 13. & Suarez cap. 20. n. 9.

116. Dixi, Regulariter, propter e. cit. verba, Nisi, qui alienas decimas percipere solebant, rationabilem causam ostendant, ex qua appareat, Novalium decimas ad ipsas pertinere: quibus aperte insinuat cum veteribus aliquando Novalium decimas acquiri: sicut contingit Primò, si cum illarum, etiam ex uno vel pluribus Novalibus provenientium decimarum possessio inchoetur, & tempore Jure definito, hoc est, quadraginta annis cum titulo vel immemoriali tempore continueatur, arg. c. 1. de Præscript. in 6. cit. Rebuffus g. 14. n. 17. & Moneta n. 85. Secundo, si cum veteribus etiam plurium Novalium, in ejusdem prædii & fundi diversis partibus successivè exurgentium, decimæ semper percipiuntur; cum enim tali casu, sicut veteres, sic & Novalium cum tempore exurgentium decimas percipiendi jus possideatur, cum illis has quoque percipiendi jus præscribetur, cit. Moneta n. 88. & Rebuffus n. 20. Tertiò, si, qui decimas veteres præscripsit, ex sylva, palustris aliòve loco, ab hominum memoria non cultus, decimarum nomine utilitatis aliquid v.g. ligna, virgulta, glandes, arundines percipit, arg. c. Cum in rna 30. quia hujusmodi terra possessa fuit tanquam obligata ad decimas; ac proinde istas ex ipsa culta percipiendi jus cum tempore præscriptum est, Panormit. in c. Cum contingat cit. n. 9. Rebuffus l. cit. n. 22. & Gutierrez Lib. 2. Q. Q. Canon. cap. 21. n. 102.

Præterea hac in re observanda & custodienda est locorum Consuetudo: vi cuius alieni terra ab hominum memoria sterili & inculta, humanæque industriæ & cultu in vineam aut agrum conversa primò duntaxat, & in Bavaria nostra tribus solum annis censetur Novalis; ut fructuum ex ea provenientium decimæ primò vel tribus tantum annis solvendæ sint Parocho: postea verò aliis, si qui veteres decimas privilegio, præscriptione aliòve titulo obtineant, sint solvendæ, ut refertur Landrecht Tit. 28. cap. 13. Quæ Consuetudo, sicut legitime præscripta, sic etiam valde consona est rationi: cum per eam decimarum confusio, & istius comites innumeræ lites decimales tollantur vel diminuantur.

ARTICULUS VIII.

De Causarum Decimarum Iudice, Decimisque fraudantium Pœnis.

SUMMARIUM.

113. Super decimis negatio ad eundem est iudex.
114. Proposita Actione Confessoria,
115. Rei Vindicatione,
116. Conditione ex Canone,
117. Vel Possessorio Interdicto.
118. In Petitório super decimis cognoscit iudex Ecclesiasticus:
119. Nisi decima in laicos perpetuò fuerint translata.
120. Idem iudex est in Possessorio, cum reus clericus.
121. Vel cause possessionis admixta est questio Juris.
122. Cum hæc non miscetur & reus laicus est, causa est Mixti Fori.
- E e e 3 123. Qua

123. Quare hōc casum Adipiscenda Ec-
clesiasticus?
124. In Retinenda & Recuperanda Pos-
sessio,
125. Et cum de meo facto questio est,
etiam Secularis competens est ju-
dex;
126. Ut inter hunc & Ecclesiasticum lo-
cus sit preventio,
127. Peccatum & Pena fraudationis de-
cimaram.

113. **D**ecimas si parochiani vel alii
prædiorum domini aut coloni,
ex quacunque causa, in tem-
pore vel integrè non solvant
vel denegent, eas propria autoritate au-
ferre, ad earumve solutionem vi aut Sacra-
mentorū denegatione debitores cogere Pa-
rochus aliisve decimator nō potest: sed, ne
in propria causa jus sibi ipse dicat, contra
l. Exat 13. ff. Quod met. causa, propo-
sitā Actione judicis officium implorare
debet, Navarrus *Consil. 1. de Decimis n.*
2. & Suarez *Tract. 2. de Relig. lib. 1. cap.*
38. n. 2.

114. Et quidem, si judiciō Petitoriō su-
per ipso decimas percipiendi jure sive
proprietate acturus, hanc sibi adjudicari
aut advertario super ea silentium imponi,
velit, perinde ut pro cæteris rebus incor-
poralibus Confessoriam vel Negatoriam,
ut *arg. §. Equè 2. Instit. de Actionibus*
junctō c. 1. de Novi Oper. nunt. cum Glo-
sa in c. Tua 26. V. Tributa & Panormit.
in c. Examinata 15. de Judiciis n. 16. do-
cent Rebuffus de *Decimis q. 9. n. 11.* &
Moneta de Decimis cap. 8. n. 38.

115. Si pro decima parte fructuum, à re-
liquorum cumulo jam separata, sibi que
assignata & quasi tradita agat, Rei Vindi-
catione eam sibi adjudicari postulabit,
116. *can. Moderamini 23. in fine, 16. q. 1.* Si
decima fructuum pars à reliquis separata

& Parocho assignata nondum sit, iste pro
ea Actionem Personalem scilicet Condi-
tionem ex Canone habebit, *c. 111. Rebuffus*
ad n. 17. & *Moneta ad n. 35.*

Si autem judiciō Possessorio pro do-
cimaram vg. ex Novali, intra Parochia
fines nuper exurgente, provenientium
possessione, quam nunquam habuit, ad-
piscenda: vel pro decimarum veterum
quam habuit possessione adversus aliquem,
à quo in earum collectione turbatur, quo-
tè ac pacificè retinenda: vel per fructuum
decimalium violentam collectionem vel
negatam illorum solutionem amittit, re-
cuperanda experiri velit, prodia pro his
interdicta sive remedia Possessoria in-
terdixit, Unde

Dubium oritur, coram quo, Eco-
lesiastico vel Seculari, iudice super decimis
sit agendum. Et privilegium quidem Ap-
ostolicò super iis ortorum & in iudici-
um deductarum controversiarum & quo-
stionum quarumcunque cognitionem de-
finitionemque curia seu iudici Seculari
competere posse, citra omne dubium, per
Glossa in c. Decernimus 2. V. Praefatum de
Judiciis, Panormit. *in c. 11. n. 4.* & alii
concedunt Suarez *cit. cap. 38. n. 17.* & De-
bene de *Immunis. & Jurisdict. Eccles. cap.*
1. dub. 15. f. 2. n. 1. quòd ejusmodi co-
gnitio Episcopalem, Sacerdotalem vel Sa-
larium Ordinem essentialiter non præsu-
ponat.

Jure autem vel pòtius usu communi
spectatò, omnino necessaria est distinctio
inter dicta Judicia & quaestiones; cum à
Petitoriō de proprietate sive jure elec-
mandi (eadem ratio est Primitiarum &
Oblationum) agatur, super eo mota &
tam incidenter quàm principaliter, in ju-
diciū deductæ quaestiones cognitio & de-
finitioque ad forum seu iudicium Ecclesi-
asticum pertineat, ut cum Felino *in c. Cata-*
lam 7. de Prescript. n. 15. cit. Rebuffus q.
10. ad

10. à n. 35. Et alius docent Suarez *cit. cap. 38. n. 16.* Canisius *de Decimis cap. 18. n. 1.* Gratianus *Discept. Forens. cap. 238. à n. 8.* Gaill. *Lib. 1. observat. 38. n. 1.* Moneta *cit. cap. 8. n. 1.* duo Barboza, Petr. in *l. Titia 34. ff. Solutio matr. n. 39.* August. *de Offic. Parochi cap. 28. §. 4. n. 1.* Ratio solida & clara est; quia Fori Ecclesiastici propriae sunt quaestiones & causae rerum spiritualium hisque annexarum, tam incidenter quam principaliter, in iudicium deducendum, c. *Decernimus cit. c. Quamvis 3. de iudicis, c. Tuam 3. de Ord. cognit. c. Si iudex 12. ibi, Quia de re spirituali & Ecclesiastica est, de Sent. excomm. in 6. causae autem decimarum, cum iudicio Petitorio contenditur, sunt rei spiritualis, aut huic annexae, ac proinde Ecclesiasticae, ut patet ex c. *Adhaec 15. c. Tua 26. quorum textum priori Sanctuarium Dei: posteriori Jura Ecclesiastica iure exiguntur & solvantur; sicut enim in illa Sacerdotibus & Levitis, ad Altaris & Sacrificiorum ministerium deputatis, sic in ista ad clericorum praesertim curatorum, Sacramenta caeteraque Divina fidelibus ministrantium, sustentationem sunt assignatae, ut cum S. Thoma 2. 2. q. 87. ar. 2. Panorm. in c. *Adhaec cit. n. 25. Navarra de Redit. Eccles. q. 1. n. 59. & Covarruvia Lib. 1. Var. cap. 36. à n. 5. docent cit. Suarez cap. 38. à n. 5. caeterique TT. & Canonistae. Unde***

Inferunt, Seculari iudici non competere cognitionem quaestionum, an alicui aut cui competat jus Veteres aut Novali-um decimas ex his vel illis fundi percipiendi: ex quibus fructibus, quò modò vel tempore sint solvenda: an privilegio, consuetudine, praescriptione, infeudatione aliave ratione eas percipiendi jus aut

facultas, vel ab iis solvendis immunitas legitime sit acquisita; quia haec omnes eisque similes quaestiones aliae sunt Proprietatis sive juris, pertinentes ad Petitorium; proinde propriae Ecclesiastici fori, per textus & DD. *cit.*

Excipiuntur tamen similes quaestiones motae super decimis, quas privilegio aliave concessione Apostolica perpetuo, & omnino irrevocabiliter in laicos translatae esse, constat; cum enim tali concessione à spirituali titulo omnino sint avulsae, & inter bona laicorum patrimonialia & prophana censeantur, perinde ut super aliis huiusmodi bonis, etiam de quaestionibus super iis motis cognitio ad iudicem Seculare pertinebit, Rebuffus, *q. cit. n. 39. Covarruvia Practic. cap. 35. n. 2. Guttierrez Lib. 1. Practic. q. 14. n. 4. Azor p. 1. Instit. lib. 7. cap. 35. q. 3. §. Caeterum Canisius cit. cap. 18. n. 17. Pirrhing ad hanc Rubr. n. 162. & ex Magnificis DD. Collegis meis D. Dominicus Bassus *Seminent. Controvers. 28. n. 2.* ubi tamen subtiliter & rectè notat, non eandem rationem esse decimarum laicis concessarum in feudum; cum enim ita concessarum spiritualitas non exuatur, & proprietates remaneat penes Ecclesiam, super iis motarum quaestionum cognitio ad forum Ecclesiasticum pertinebit, quòd cum *cit. Azor q. 3. §. Hoc postea, etiam advertit Moneta cit. cap. 8. n. 15.**

Si agatur Possessorio vel aliis de merito Facto, v.g. an decimae, ex quibus fructibus, quò loco vel tempore solutae sint, plurimum refert, inter quos de huiusmodi facto vel possessione controversia sit; si enim super iis litigantium uterque, vel saltem reus conventus clericus, Ecclesia, Monasterium sit, illius discussionem ad iudicem Ecclesiasticum solum pertinere, cum TT. & Canonistis, defendunt Guido *Papaeus Consil. 149. Cravetta Consil. 258. n. 8. Me*

n. 8. Menoch. *Recup. remed.* 15. n. 232. Farinacius *Prax. Criminal.* q. 8. n. 23. & alii, relati ab Oliva *de Foro Eccles.* p. 1. q. 8. n. 64. & 65. ubi hanc doctrinam verissimam, & contrariam omni legum auxilio destitutam vocat. Ratio est, quia actor sequitur forum rei, c. *Siclericus* 5. & c. *Cum sit* 8. de *Foro compet.* clericus autem, Ecclesie & Monasteria gaudent privilegio Fori Ecclesiastici; ut in quibuscunque causis, specialiter non exceptis, coram solo iudice Ecclesiastico valeant conveniri, c. *Si diligenti* 12. *Rubr. cit.* & c. *Seculares* 2. in 6. cum tali casu iudex Ecclesiasticus jurisdictionem in persona habeat fundatam.

121. Si vero reus conventus sit laicus vel communitas secularis, super decimarum possessione vel de facto, eas concernente, mota quaestione cognitionem Seculari iudici competere, generalis quidem nonnullorum assertio: sed potioribus & sanioribus praecipui nominis DD. calculis approbata distinctio est; vel enim super eiusmodi possessione & facto orta quaestio Juris seu proprietatis quaestionem adjunctam habet, ut v.g. possessionis titulus justificandus sit, vel non? Si prius, ejus quoque cognitionem ad iudicem Ecclesiasticum pertinere, cum TT. & Canonistis indubitata docent Berouius in *Rubr. de Judiciis* n. 51. Menochius *l. cit.* n. 235. Gutierrez *Q. Canon. Lib. 1. cap. 34. n. 26.* & alii, ab his & Barbosa relati *cit.* §. 4. n. 3. Ratio est; quia hujusmodi causa possessoria non temporalis, sed spiritualis est, arg. c. *Quanto* 3. de *Judiciis* & c. *Quod in dubio* 3. de *Consec. Eccles.* cujus cognitio fori Ecclesiastici propria est. c. *Decernimus*, c. *Tuam*. c. *Si iudex* *cit.*

122. Si posterius, de ea, tanquam Mixti Fori causa, etiam Secularem iudicem cognoscere posse, valde probabilis opinio est DD. magno numero congestorum à Spe-

rello *Decis.* §. n. 55. *cit.* Oliva *n. 63.* etiam obfcurè amplectentibus, & Barbosa *Jur. Eccles.* *Lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 161.* Ratio est partim; quòd, an ejusmodi causa cognitio Seculari etiam iudici de Jure competat, saltem dubium sit: dubium autem Juris optima interpretis sit Constructio, ipsi admodum favens, ut videre est apud *cit.* Barbosa *n. 163.* partim verò quòd de rei spiritualis possessione eamque concernente facta orta controversia, cum Juris quaestionem admixtam non habet, videatur esse temporalis, ac promode obnoxia cognitioni Seculari. Confirmant paritate Juramenti; cum enim pro illius observantia & executione, in factis consistente, adiri iudex Secularis, & ad eum qui juravit, ab isto compelli valeat: hoc de ejus, tanquam actus spiritualis, bonitate, valore, obligatione cognitio iudici Ecclesiastico propria sit, c. *Novus* 19. de *Judiciis*, etiam de facti quaestione, mota decimis mota, adiri poterit iudex Secularis: quantumvis proprietatis & Juris quaestio super iis orta ad forum Ecclesiasticum spectet, ut arguit Canisius *cap. 18. n. 13.* Unde

Inferitur primò, in Possessorio adimplendae, v.g. cum Parochus pro decimis ex Novalibus solvendis earumque possessione, quam nunquam habuit, adimplenda agit, ad eundem iudicem Ecclesiasticum quia hujusmodi possessionum Juris quaestionem admixtam habet, Menoch. *Remed. cit.* n. 35. & Canisius *cap. 11. n. 13.* Casu tamen, quòd Parochianus Novalis exurgens decimas Parochi quidem debere non negaret, iis tamen ipsum iniquè fraudaret, aut morosus esset in solutione, eum coram iudice Seculari conveniri, nihil prohiberet.

Inferitur secundo, Retinendae & recuperandae possessioni coram iudice Seculari conveniri à Parochi posse laicum, à quo in

quo in decimarum veterum possessione turbatus est, eave spoliatus; cum enim huiusmodi cognitio sit de mero facto temporali collectionis, aut subtractionis fructuum decimalium, vel tardata, impeditur aut negata eorum solutionis, quibus actibus turbatio vel spoliatio committitur, non apparet efficax ratio necessitatis ad eundem iudicem Ecclesiasticum, *citt Covarruvias n. 2. Canisius n. 13. & Barbosa*

causis locus relinquatur praeventioni; ut in casibus seu occurrentibus controversiis earum cognitio competat iudici, qui contra laicum prior aditur, sive is secularis sive Ecclesiasticus sit, ut non obscure insinuat *Recessus Concordat. inter Serenissimam Domum Electoralem & R. mos ac Celsissimos DD. Ordinarios Bavariae nostrae 1583. art. 5.* ubi causarum decimalium cognitionem certis casibus *etiam*, dictione implicativa, Seculari iudici competere asseritur: & expressè cautum est in *Concordatis Tirolensibus* cum Episcopo Brixinensi 1605. *initio*, & in causis decimarum Possessoris praeventioni locum esse, asserentibus secundum DD. sententiam hodie communem.

Porro ii, qui Parochos decimis injustè defraudant, gravissimò Injusticiae peccatò tenentur, *v. Quamvis 17.* ubi Divini animadversione iudicii digni pronuntiantur; ut non immeritò imprimis in eos, si moniti decimas cum integritate non persolvant, excommunicationis gravissima poena decreta, *c. Pervenit 5. c. Ex parte 21. hác Rubr. & Clement. 2. cit.* ab eaque per sententiã inflicta absolventi prius non sint, quàm plenã restitutione, si possint, factã, vel ab eo, cui exhibendã sunt, remissã, *Concil. Trident. Sess. 25. cap. 12. de Ref.* Deinde ii, qui decimas, quas debent, palam & injultè detinent & non restituunt, mortui ad sepulturam Ecclesiasticam non suat admittendi, *c. Prohibemus 19.* quòd, eas in animarum suarum dispendium retinuisse & in peccato mortali notorie decessisse, videantur, *Glossa fin. in c. cit. Rebuff. de Decimis q. ult. n. 16. Moneta cit. cap. 8. n. 75. & alii apud Barbolam in c. cit. n. 6.* ut dictum supra *Tit. 28. n. 19.*

¶ (**)

ff ff

ARITH-

126. Non desunt DD. qui cum Covarruvia *cit. n. 2. §. Quintò & Gutierrez Lib. 3. Prallic. q. 26. n. 10.* his duobus casibus iudicem Ecclesiasticum omnino excludant, & laicum coram solo iudice Seculari conveniri posse, asserant; quòd iis non de re spirituali, sed de pretio duntaxat vel pensione, vel de actu exhibitionis fructuum mere temporali agatur. Sed contra apertum Jus *c. Pervenit 5. c. Nuntios 6. c. Cum homines 7. Sc. hác Rubric. & Clement. 2. de Judiciis:* quibus textibus Parochiani ad decimalium fructuum solutionem, in facto consistentem, compelli jubentur censuris Ecclesiasticis; quas ferendi potestas in laicum non cadit, *arg. 4. Decernimus 2. de Judiciis Sc. & contra apertam rationem;* quia, licet eiusmodi quaestiones de mero facto sint, dependentiam tamen & originem habent à Jure decimarum, quod est spirituale & Ecclesiasticæ cognitionis. Quare melius, in ejusmodi, tanquam Mixti fori,

ARTICULUS IX.

De Primitiis,

SUMMARIUM.

128. Primitia sunt primi fructus agrorum, vinearum &c.
 129. Vel potius eorum pars aliqua.
 130. Parochis praestanda.
 131. In Nova lege ex precepto Ecclesiae fito.
 132. Cui Consuetudine in multis locis est derogatum.

128. **P**rimitiæ dicuntur frugum initia sive primi fructus, qui Dei beneficii ex agris, vineis, hortis, arboribus producantur, Exodi cap. 23. v. 19. & Numer. cap. 18. v. 11. Primitia inquam, non bonitate sive optimi: sed tempore sive ante alios maturescentes & collecti: sicut primogenita animalium foetus primi vocantur: licet optimi non sint, Suarez Tract. 2. de Relig. lib. 1. cap. 8. n. 2.

Differunt à Decimis; quod istæ ex ipsa nominis vi sint fructuum quotannis provenientium decima pars, & exhibeantur immediatè Ecclesiae ministris in ipsorum alimenta & stipendium sustentationis, ob spiritualia ministeria, & in recognitionem supremi atque universalis

129. Domini Dei, c. Tua nobis 26. Primitiæ autem sint primi fructus collecti ex terris qui non omnes, sed eorum aliqua duntaxat, quadragessimâ non major & non minor sexagesimâ, pars, ut ex S. Hieronymo in Ezech. cap. 45. refertur c. 1. & de primogenitis animalium, foetus non omnes, sed ex ducentis unus: vel, si tot non essent, æstimatio secundum quantitatem ejus numeri, Glossa in c. 1. cit.

V. Primitiis, immediatè offerebatur Deus in recognitionem beneficii & gratiarum actionem pro frugibus terræ: licet etiam ipsæ cederent in alimenta Sacerdotum & Ecclesiae ministrorum, Azor p. 1. lib. 7. cap. 27. q. 6. & Palao Tract. 10. de Primitiis p. 16. n. 1.

Exhibendæ autem Primitiæ fructuum prædialium jure communi sunt Parochis, intra cujus Ecclesiae fines sint prædia & fundi, ex quibus fructus producantur; quia sunt onus Reale ipsorum prædiorum. Ex Consuetudine tamen aliquando clericis aliis, puta Sacramentum ministrantibus, instar decimarum Personalium obvenire solent, Rebuffus de Decimis q. 1. à n. 16. Azor cit. cap. 27. q. 6. & Barbosa de Offic. Parochi cap. 27. n. 1.

Dubium est, an eas offerendi obligatio detur. In veteri Testamento ex obligatione & precepto Divino solentur; quæ ex Sacris textibus initio allegantur: quibus præcepta Decimas & Primitias quod Populus Judaicus non exhibebat, adversus ipsum Deum, Malach. cap. 3. v. 8. gravissimè est conquestus. Quod Ceremoniale Mosaicæ Legis præceptum, post mortem Christi cum illius Sacerdotio evaporârît, secundum Apostol. ad Hebr. cap. 7. v. 12. & c. Translatio 3. de Consuetudine in Constitutionibus tamen Ecclesiasticis, in Nova Lege resuscitatum fuit. can. Revenimus 67. pr. 16. q. 1. can. 1. ibidem q. 7. & c. hâc Rubr. Sed huic etiam Juri contrariè Consuetudine cum tempore derogatum, & in multis locis Primitiarum obligationes non solum quoad quantitatem & qualitatem variatæ, sed non-usu omnino ablatæ sunt: cui causam fortassis dedit quod Ecclesiae ministris congruam sustentationem Oblationes & præterim Decimæ et his subrogati alii proventus exhiberent.

Neque hæc Consuetudo, tanquam Corruptela, rectè redarguitur ex eo quod Primitiæ

Primitiæ exhibentur ex Gracitudine pro
terre fructibus Deo debitæ Jure Natura-
li; quò proditæ obligationi contraria
Consuetudo tanquam rationi minus con-
sentaneæ, ita rejicitur *c. fin. de Consuetud.*
quia Jure illo ad grates quidem Deo pro
terre fructibus exhibendas ita obliga-
mur; ut ea obligatio tolli nequeat: se-
clusâ tamen lege Positivâ non obligamur
ad gratias ei referendas determinatè per
solutionem Primitiarum. Unde has of-
ferendi obligationem tollens consuetudo
Juri Naturali non adversatur; cum Deo
pro illa liberalitate gratos nos exhibere
alia ratione valeamus, Engel *ad banc*
Rubr. §. 4. n. 3.

ARTICULUS X.
De Oblationibus.
SUMMARIUM.

- 133. *Nominis Oblatio varia significatio est.*
- 134. *Propriè accepta à solis fidelibus.*
- 135. *Ei de bonis justè ac licitè quasitè recipitur.*
- 136. *Percipitur à solis Clericis & Religiosis.*
- 137. *Non etiam à laicis.*
- 138. *Oblationes in Missarum solemnibus serè ex devotione.*
- 139. *Ceris casibus ex obligatione sunt.*
- 140. *Ad Parochum spectant, qua in Missis.*
- 141. *Ei ex parte, qua extra eas sunt.*
- 142. *Earum quadam cedunt Episcopo.*
- 143. *Quadam Religiosis.*
- 144. *Aut aliis, quorum intuitu sunt.*
- 145. *Ad certos usus factas serè Parochis.*
- 146. *Aliquando aliis, etiam laicis, administrant.*
- 147. *Oblationum in alios usus conver-
sio, solè Ecclesiasticâ.*

- 148. *(Privilegiò seclusò)*
- 149. *Eâque Apostolicâ.*
- 150. *Vel Episcopali auctoritate fieri pò-
tèst.*

Oblationis nomen variè, & Imprimis quidem accipitur late ac genericè pro omni eo, quod Deo, vel ad ipsius cultum quomodocunque exhibetur, & Primitias Decimasque & ipsum etiam Sacrificium comprehendit. Deinde strictè & magis specificè pro re quacunquè temporali, quæ intuitu Religionis à fidelibus immediatè Deo absque immolatione exhibetur; ut in Ecclesiâ usum ejusque ministrorum sustentationem cedat, sive ea mobilis vel immobilis, sive per actum ultimæ voluntatis, institutionem hæreditariam, legatum, mortis causâ vel inter vivos donationem, in aut extra Ecclesiam præstetur, *c. Causa 13. & c. Cùm inter 29. de V. S.* Demum strictiùs & secundum frequentiore usum pro eo, quod fideles per se vel alios in Missa offerunt ad altare vel manus Sacerdotis, Laiman *Lib. 4. Tract. 6. cap. 7. n. 1.* & Pirrhing *ad banc Rubr. n. 172.* Postremò hòc modò acceptæ

Oblationes in Ecclesiis recipiuntur à solis Fidelibus, non excommunicatis, secundum S. Clementis *Lib. 3. Constitus. Apost. cap. 8.* & Concil. Illiberitani *cap. 28.* & de rebus ipsorum propriis, licitè & justè quasitis, *c. Quia in omnibus 3. de Usuris & c. causa cit.* juxta illud, *Altissimus non respicit in oblationes iniquorum.* Eccles. *cap. 34. v. 23.* & Divino huic Oraculo consonam sententiam S. Gregorii, qui *Præfat. in Job, Victimæ,* inquit, *impiorum abominabiles Deo sunt.* Unde Sanctionibus Ecclesiasticis ab Oblationibus in Ecclesia faciendis removentur Usurarii manifesti, *c. Quia cit.* Raptores *c. Super 2. de Raptor.* Oppressores Pauperum & fratres diffidentes, *can. Oblationes 2. dist. 90. Sacri-*

133.

134.

135.



90. Sacrilegi & Violatores immunitatis Ecclesiasticæ per reorum, Ayló sacrò receptorum, extractionem, *can. De viro, l. 2. q. 2. & can. Miror, 17. q. 4. publicè Poenitentes propter Baptismi iterationem, can. eos 116. dist. 4. de Consec. publicæ Meretrices, Glossam can. Oblationes cit. V. Bona S. Thomas 2. 2. q. 68. art. 7. & Suarez Tract. 2. de Relig. lib. 1. cap. 6. n. 8.*

136. Non omnes etiam personæ percipiendarum Oblationum sunt capaces. Et à clericis quidem, præsertim iis, qui Sacramenta cæteraque Divina fidelibus ministrant, eas rectè percipi, nemo est, qui ambigat. A Religiosis quoque Oblationes recipi secundum omnes possunt, non solum ex dispensatione Sacerdotum, eas ipsis tanquam pauperibus largientium vel ratione commissæ ipsis curæ animarum & Parochiarum, Monasteriis per unionem incorporatarum: sed etiam ratione ministerii Altaris, Orationum, cæterisque cultus Divini, si istius intuitu ipsis offerantur, ex recepta doctrina *cit. S. Thomæ Art. 2. & Suarez cap. 7. n. 4.*

137. Alia ratio est laicorū Seculariū; eum eos juris percipiendi Oblationes, quæ Religionis intuitu in Ecclesiis fiunt, incapaces esse, clarè expressū sit *can. Quia Sacerdotes 13. can. Sanctorum 14. & can. sin. 10. q. 1. §. Pervenit, post can. 1. Causa 16. q. 7. & c. Quamvis 17. hanc Rubr. idque non minus, quam textus isti sunt, clara ratio evincat; quia jus percipiendi oblaciones, factas ad cultum Divinum, Sanctorum Venerationem & spirituale bonum animarum, est spirituale: cuius proprietates & possessio, secluso privilegio Apostolico, in laicos non cadit; ut proinde ab istis per consuetudinis vel præscriptionis viam nequeant acquiri, *can. sin. 10. q. 1. & arg. c. causam 7. de Prescript. Socinus Tract. de Oblat. Libell. 18. n. 4. Riccius Prax. p. 4. resol. 20. q. n. 5. Barbosa de Offic. Pa-**

*rochi cap. 24. n. 6. & Eragantius in P. floralia q. de iis, qua à Pralat. n. 19. Quorum doctrinæ non adverteatur Constantino, cereos albos laicis offerendi in festo Purificationis B. V. MARIE; quia ea non est Oblatio, de qua agimus, sed tantum donatio alicujus rei benedictæ, quæ benedecis juventur & excitentur ad devotionem, ut probè advertit Suarez *cit. cap. 7. n. 5.**

Dubium & controversia quædam est, an Oblationes diebus Dominicis & Festivis ad Altare faciendi obligatio debeat. Sunt enim, & à Leandro de Præcept. Eccles. Tract. 6. dist. 10. q. 7. referuntur DD. qui, Oblationes juxta antiquissimum & Veteris Legis imitationem introductam Ecclesiæ morem à parochianis, licet non omnibus & semper singulis, aliquibus tamen, magnaque eorum parte & potentioribus ex obligatione faciendas, agnoscent; quod ex non obscure præsertim videantur *can. Præter hoc 5. dist. 22. & Statutum 16. q. 1. & can. Omnis 57. dist. 2. de Consec. cuius luculentus in rem hæc textus est, Omnis Christianus proventus ad Missarum solemniam aliquid Deo Offerat, juxta mandatum Domini per Moysen. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Exodi cap. 25. v. 15. cui subijcitur, si quid appareret, quòd omnes Christiani Offerre aliquid Deo ex usu Sanctorum debent.*

Alii tamen multò frequentari cavendū, licet fideles ad eas faciendas adhortentur & à Verbi Divini præconibus admoneri velint, præceptum tamen ad eas sub peccato obligans, cum Patrocinio, in Rubric. de Paroch. n. 15. Sylvestro VII. Decima, n. 4. & Suarez Tract. 2. de Relig. lib. 1. cap. 8. n. 16. non agnoscunt, cum quæ Oblationum natura sit, ut studio Pietatis & Religionis in Deum liberaliter, voluntariè ac sponte; ac proinde ex nulla obligatione

ligatione exhibentur, juxta illud, *Ab omni homine, qui ultroneus offeret, accipietur*, Exod. cap. 25. v. 2. tum verò; quòd non satis confet, earum ufum obligationis introducendæ animò inchoatum, & quali ex obligatione propagatum; cum nemo facilè reperiatur, qui talem obligationem agnofcat; de eaque neglecta in Sacro tribunali fe accufet. Unde Oblationes Dominicis Feltisq; diebus fieri videntur ex mera devotione ferè, ficut facri cineres ad initium Quadragefimæ & in ingreffu Ecclefie aqua Lustralis fumi, & ad pulfum campanæ Salutatio Angelica recitari folet: ad quæ fideles, piè quidem admonentur, nullà tamen Obligatione adftringuntur, ut ex communi docet *cit. Suarez Lib. 7. de LL. cap. 14. n. 6.*

139. Neque aliud evincunt *canon. cit.* quia, iis præceptum contineri, paffim negant DD. Oblationes faciendi obligationem, cum S. Thoma *cit. art. 1.* non agnofcentes: nifi ea ex conventionione, voto, legato, Ecclefie miniftrorum neceffaria vitæ subsidia aliunde non habentium indigentia vel legitime præfcriptâ confuetudine fit orta, ut eruditè notat Gonzalez *in e. Causa cit. n. 2.*

Imò non defunt DD. qui eas exhibendi obligationem per viam confuetudinis introduci poffe, cum Angelo *V. Oblatio, n. 1.* & Soto *Lib. 7. de Juffit. q. 7. art. 1.* inficiuntur; quòd actus Oblationis obligationem implendi & introducendi animum, ad confuetudinem quamcunque introducendam omnino neceffarium; fuâ naturâ excludat. Sed verius eft contrarium; cum, eò ipfò; quòd Oblationes ex conventionione, promiffione, legato deberi poffint, eas exhibendi vera obligatio, etiam per viam confuetudinis ac præfcriptionis introduci poffit: dummodo earum exhibitio, quali ex ejusmodi ti-

tulo aliquo, Jure definito tempore continuetur, ut cum Panormit. Sylveftro aliisque DD. *cit.* advertunt Covarruvias *Lib. 1. Var. cap. 17. n. 3.* & Gutierrez *22. Canon. Lib. 1. cap. 21. n. 140.*

Dubium fecundò eft, ad quem pertineant Oblationes, quæ ad Altare in Miflarum folenniis fiunt. In quo Regule inftar à modernis receptum eft, eas ad Parochum pertinere, etiamfi non ipfe, fed alius celebret.

Imò in dubio regulariter ad ipfum, vel potiùs ad Ecclefiam Parochialem, Jure communi fpectant, quæ in Sacellis, Oratorii eorumque Altaribus, vel ad Sanctorum imagines, muro, parieti, arbori affixas, intra Parochiæ fines fiunt, ut defumitur ex *c. Pastoralis 9. de lit. qua à Pralat. & cum S. Thoma 2. 2. q. 86. art. 2.* Panormit. *in c. cit. n. 2.* Malvit. *de Oblat. dub. 4. n. 29.* Socino *de Oblat. Libell. 18. n. 49.* docent Franc. Leo *Thefaur. Fori Ecclef. p. 2. cap. 13. n. 19. & 31.* Barbosa *de Offic. Parochi, cap. 24. n. 22.* & Fagnan. *in c. cit. n. 16.* fuam hanc doctrinam allegatione plurium magni nominis Interpp. ac DD. autoritate, Rotæ decifionibus & S. Congreg. Cardd. Trid. Interpp. declaratione confirman. Ratio eft; quia, ut *c. cit.* afferitur, i. deo à Dionyfio Papa Parochiæ diftinctæ iisque certi limites præfixi funt; ut fpirituales fingulari provent? & obventiones, videlicet Primitiæ, Decimæ, Oblationes, Mortuaria in ufus ejus Ecclefie cederent neceffarios, & in fipendia Miniftrorum. Unde in dubio Parochus quoad Oblationum aliarumque fpiritualium obventionum, quæ intra ejus limites fiunt, perceptionem Jure communi fundatam intentionem habet, ut *in c. cit.* notant Innocent. Hoftienf. *n. 3.* Panormit. *n. 2.* Joan. Andr. *n. 1.*

FFFF 3 Dixi

Dixi, eas *Ad Parochum vel ejus Ecclesiam*, Regulariter & In dubio pertinere.

Primum; quia Oblationes, saltem quæ extra Missarum solennia in Ecclesiis, Sacellis, ad imagines Sanctorum &c. fiunt, non totæ illius Re&ori cedunt; sed ab isto dividendæ sunt; ut partim quidem in proprium usum & sustentationem; partim in Ecclesiæ fabricam, Divini cultûs conservationem promotionemque & elemosynas convertantur, secundum S. Thomam *cit. art. 2.* Suarez *cit. Lib. 1. cap. 3. n. 3.* & Rotæ decisi. apud *cit. Fagnanum n. 31.* observatâ tamen cujusque loci consuetudine: cui in Oblationum materia multum tribuunt laudati Malvit. *n. 62.* Socinus *n. 17. & 26.* & Barbosa *n. 30. in fine.*

142. Alterum sive, *Regulariter*; quia imprimis, si Capella aut imago alicujus sancti sita esset in loco nullius Parochiæ, in iis factæ oblationes etiam in dubio non ad aliquem Parochum: sed ad Episcopum diocesanum pertinerent, *arg. Summa & à Gonzalez relatæ integræ lectionis c. Quoniam 13. de Decimis, Innocent. in c. cit. & Panormit. in c. Dilectus 18. de Offic. Ordin. n. 4.* Eidem Episcopo etiam cedunt oblationes, quæ ipso in diocesis suæ Ecclesia Parochiali sacrificante, ab isti parochianis ad Altare fiunt, ut cum Socino *cit. Lib. 18. n. 10.* notant Franc. Leo *cit. cap. 13. n. 20.* & Fagnanus *l. cit. n. 28.*

143. Deinde; quia Oblationes, quæ in Capellis & ad imagines Ecclesiarum Regularium (& Secularium exemptarum) fiunt, non Parocho, sed Monasterio pro Religiosis ibi fervientibus acquiruntur, *c. 1. de Statu Monach. & c. Nimis 16. de Excess. Pralat.* quia Monasteria eorumque Capellæ &c. licet sint intra Parochiæ limites, de Parochia tamen non sunt, Panormit. *cit. n. 4.* & Fagnanus *l. cit. n. 34.* Et demum; quia Obla-

tiones, quæ ad alicujus Sancti imaginem vel in Sacellis intra Parochiæ fines factæ fiunt, ex consuetudine vel potius transcriptione aliquando omnes vel eorum saltem pars aliqua ab aliis locis vel personis Ecclesiasticis earum capacibus percipiuntur, *c. Cum inter 29. de P. S. ut cum Interpp. ibi notant Socinus n. 3. & Fagnanus n. 36.*

Postremum sive, *In dubio*, dicitur quia, si Oblationes ex fidelium offerentium intentione alterius pære caute intuitu fieri constaret, eas huic, non Parocho ejusque Ecclesiæ cedere, recte novent *cit. Barbosa n. 30.* & Fagnanus *n. 29.* cum enim quilibet rerum suarum moderator & arbiter sit, *l. In re mandata 21. C. Mandati* & in traditionibus rerum suarum adijcere valeat conditiones, qui vult: dummodo honestæ sint, *l. In traditionibus 48. ff. de Pactis*, quæ oblatioque apparet, Oblationes in Sacello intuitu fabricæ vel augendi cultûs alicujus Sancti fieri, ad hunc, non ad alium finem & usum debent applicari, *l. Ciment. Quia contingit 2. de Relig. domib.* hæque ob hanc causam Oblationes, quæ in ipsa etiam Ecclesia Parochiali sunt in primis Missis Sacerdotum, non ad Parochum, sed ad Neomystras: & quæ in Congregationum sodalibus in suis Operatoriis exhibentur, ad ipsam Congregationem spectant. Eodem modo, si constaret, Oblationes ad imaginem, vel altari affixam, fieri intuitu clerici, vel alterius personæ earum capacis, ad eas illius habitantis; quod ea indigat, vel oblata in pauperum aliosve pios usus solet convertere, pia offerentium voluntas omnino esset adimplenda; quod Regula sit, rem oblata acquiri illi, cujus intuitu est oblata; sic enim etiam Oblationes in Missa, quam pro sponso Parochiano suo proprius istius parochus celebrat in Parochia alle-

chia aliena, non istius seu loci, sed sponte Parocho cedunt; quod istius intuitu fieri presumantur, Barbofa *cit. cap. 24. n. 28.* & Pirrhing *ad hanc Rubric. n. 179.*

Oblationes autem aliò, quam Parochia, intuitu fieri, ex circumstantiis desumi potest; sic enim, si v.g. de ornanda imagine, ad quam eas fideles offerunt; de extruendo ad ejus cultum Sacello agatur, vel illud jam extractum ad conservationem, reparationemque, Missarum cæterarumque rerum Divinarum celebrationem necessario apparatu & sumptibus ob renuitatem vel defectum dotis careat, Oblationes ejus potius, quam Parochia, intuitu factæ cenlebuntur, Engel *ad hanc Rubr. §. 4. n. 9.* Unde

145. Dubium oritur de hujusmodi in certos usus destinatarum Oblationum administratione. Quam communi & Parochialitatis Jure præ aliis Parocho competere, cum Panormit. *cit. n. 2.* asserunt *cit. Barbofa & Fagnan. Uterque n. 30. Jure,* inquam, *Communi;* quia ex consuetudine tales oblationes aliquando percipi, custodiri & ad eos, quos fidelium illas offerentium intentio spectabat, usus converti solent ab aliis: & quandoque etiam à laicis: non quidem jure proprio, sed tanquam à meris ministris, à Parocho 146. vel Episcopo ad id deputatis. Quò modo per eos aliquando fructus decimarum, oblationes & preventus Confraternitatum colligi, & in necessarios istorum usus impendi, advertit nec improbat Petr. de Ubalde, *de Canonica Episc. cap. 4. n. 16.* & Fagnanus *in c. cit. n. 21.*

147. De Oblationibus, quæ in Ecclesiis aliisque locis miraculosis, magno populi accursu frequentatis, tantâ copiâ fiunt; ut ad eorum fabricam, ornamenta & convenientem cultum Divinum necessariæ non sint, dubitatum aliquando fuit, quâ

authoritate in aliud pium; præsertim publicum & Ecclesiæ etiam utilitatem spectans opus, v.g. in Hospitalis, Gymnasii vel Seminarii erectionem valeant converti. Quæ in re

Regulæ instar est primò, illas, licet in eos, ad quos fidelium offerentium intentione destinatae sunt, usus converti jubeantur *Clement. Quia contingit 2. de Relig. domib. &* si certi usus ab offerentibus expressi non sint, in ejusmodi locorum miraculorum fabricam, ornamenta & cultus Divini in iis conservationem atque incrementum impendendæ sint, ut ex comuni DD. sensu tradit Franc. Leo *cit. cap. 13. n. 27.* & Card. de Luca *Theatr. V. §. 1. de Decimis disc. 19. n. 10.* exigente tamen aut suadente justa causa, in alios præsertim publicum & Ecclesiæ bonum spectantes usus legitima autoritate converti posse, clarè demonstrat ex *Clement. cit. & Trident. Sess. 22. cap. 6. de Reformat.*

Secundò, earum in hujusmodi usus conversionem, Jure communi spectatò, fieri non posse autoritate solius Magistratus & potestatis Secularis, cujuscumque, per expressos textus *c. Quæ in Ecclesiarum 7. de Constitut. c. fin. de Reb. Eccles. alien. c. Si adversus 7. de Immunit. Ec.* Ratio est; quia generaliter de Ecclesiis earumque rebus & obventionibus statuere vel disponere non Secularis, sed Ecclesiasticæ est potestatis, hoc ipsò; quod ex sua institutione illa, sive Secularis, ad Politicam & temporalem Reipublicæ felicitatem immediatè spectantia; ista verò sive Ecclesiastica potestas ad spiritualia & finem supernaturalem, hoc est, cultum Dei, Sanctorum venerationem, & animarum salutem concernentia negotia & opera curanda sit ordinata, *can. 1. §. Cùmque lecta, can. Duo 10. dist. 96. & c. Solita 6. de Majorit. & Obed. Comuni;*

148. ^{muni}, inquam; quia Jure speciali, v.g. vi privilegii Apostolici ejusmodi Oblationes, sicut administrandi, sic etiam, justâ causâ exigente, in alios usus convertendi potestatem Principi aut alteri Magistratui Seculari competere posse, nemo inficiatur; cum ejusmodi potestas Episcopalem; Sacerdotalem vel alium Ordinem non præsupponat.

149. Tertiò, earum in alios usus conversionem fieri saltem posse autoritate Apostolica, per *Clement. cit.* verba, *Salva quidem Sedis Apostolica autoritate & Trident. cap. 6. cit.* propter competentem ipsi supremam, generalem & liberam rerum, ad finem supernaturalem destinatarum, & Ecclesiasticarum omnium administrationem dispositionemque, immediatè à Deo acceptam, ex doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 100. art. 1. ad 7. Navarri de *Recht. Eccles. q. 1. Monito 40. n. 3.* & Molinæ *Tract. 5. de 1. & 1. disp. 4. n. 2.*

An Episcopali etiam autoritate ea conversio fieri valeat, dubium reddunt relata verba *Clement. cit.* quibus, dum ea potestas per modum exceptionis Papæ adstruitur, inferioribus etiam Episcopalis Ordinis Prælati non obscure negatur; quia expressio & exceptio unius Regulam in contrarium firmat in non exceptis & expressis *arg. l. Quæstrum 12. §. 43. V. Denique, ff. de Instrum. & Instr. leg.* Cui rationi non parum roboris addit Jus Imperiale, ultimâ voluntate ad certos profanos usus relictorum in alios conversionem soli summo Principi reservans, *l. Legatum 4. ff. de Administr. rer. civ.*

150. Sed verius est, ejusmodi Oblationum redundantium in alios, præsertim publicum bonum spectantes usus conversionem Episcopali quoque autoritate fieri ex justâ causâ posse, cum; quòd, in Episcoporum dispositione esse, asseruntur

can. Præter hoc §. V. Deinde disp. 32. tem verò; quòd earum saltem, cum ad destinatos usus necessaria non sunt, in alios pios & publicos usus conversione officientium voluntas declarari, eorumque, licet non formalis & expressa, virtualis tamen & interpretativa intentio impleri videatur. Atque ita sentire videtur quotquot, ultimas voluntates detestatorum, justâ causâ exigente aut iudicante, commutari ab Episcopo posse, dicent cum Sylvestro *V. Legatum 4. q. 12. Valquez de Testam. cap. 8. §. 5. dub. 7. n. 104. Comitolo Lib. 7. Respons. Moral. q. 9. n. 2. & Diana p. 2. Tract. 17. resol. 26.*

Neque huic doctrinæ adversatur *Clement. cit.* cum; quia etiam Innocentius S. Synodi Trident. cap. 6. cit. quòd non solum delegatis ultimarum voluntatum, commutationibus præterea forma: sed eas etiam, justâ causâ procedente, faciendi; ac proinde & Oblationes in alios, quàm destinatae sunt, usus convertendi Episcopis competens facultas stabilita est, juxta dicta *Tir. 26. n. 371.* tum verò; quia ejus prohibitio commode referri potest ad casum, quòd fidelium largitione ad certos usus relicta vel obstita in alios minus utiles, vel omnino profanos, vel eorum, à quibus administrantur, proprios usus convertuntur, vel de ipsis aliter disponendi iusta causâ desideratur, ut cum Lud. de Penna *in Unie. C. de Expens. lnd. ad artic. 10. Diana §. Ad autoritatem.*

